Alii malunt scribere per y. Dictæ diotæ à bonis auribus, sive ansis, quas Græci ὄτρα appellant.

Dioxippus, Διοξίππος. Nobilis athleta, quem Plin. lib. 35. cap. 51. refert, citra pulverem ex Olympiis victoriam reportasse. ¶ Alius ejusdem nominis Poëta comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. ¶ Alius miles Alexandri Magni mira fortitudine, qui provocatus à Corrado milite item Macedone, clava cum occidit. Author Aelianus.

Dipelus, quod hic corruptè legebatur: vide Dipænus.

Diphilus, Διφίλος, Architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardissimus, adeò ut locum fecerit proverbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. Apud herum recte erat: in Manliano offendit Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit proverbio, quoties volumus significare aliquem natura tardum, magnum foliæ negligenter cumulum adjeccisse.

Diphri διφέροι. Urbs Phœnicum. Steph.

Diphritis, διφέρει. Gemma est duorum generum, candida & nigra, mas & foemina, genitale utriusque sexus distinguente linea. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Diphryges, Διφέργεις. Materia quædam terrea, quæ in metallis æris inventur, aut in ipsis etiam conchis, in quibus æs expurgatur. Tres ejus à Diosc. enumerantur species. Primum in metallicis solius Cypræ specubus inventur, luti speciem referens: deinde primum sole siccatur: mox etiam adhibitis farmentis torretur: unde & nomen accepit, quod bis quasi frigatur. Alterum perfecti æris quasi subdens fæx est, & sub Cadmia inventur in fundo vasorum, in quibus æs excoquitur. Tertium fit ex lapide pyrite, tandiu usq; donec sandarachæ colorem acquirat. Vide Diosc. lib. 5. & Gal. lib. 9. simpl. Plin. accusativum diphryga offert, tanquam à nominativo diphryx. Ita enim habet lib. 34. cap. 13. Facile ab ea discernitur, quam in ipsis officinis diphryga vocant Græci, ab eo quod bis torreatur. Et paulo p̄st, Id quod excocto supérfit, diphryga vocant.

Diphthæra, Διφθέρα. Pellis Amaltheæ capræ, in qua dicitur Jupiter res humanas describere. Unde locus factus proverbio, Antiquiora diphthera loqueris, δεκαπέντε διφθέρες λαδεῖς. In eos quadriga qui nugas narrant, aut de rebus nimium præcis, & jampridem nimium obsoletis. ¶ Item pastorium ex pellibus vestimentum, quod quidam Rhenonem, nonnulli etiam Vetam appellant. ¶ Diphtheræ item dicebantur stragula quædam pellicea, quæ in superiori navis pavimento extendebantur.

Diphthongus, Διφθόγγος, est conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba vim suam servantium: ita dicta quod duarum in ea vocalium sonus audiatur. ¶ Sunt autem apud Latinos quatuor, æ, œ, au, & eu: in quibus omnibus utraque vocalis, ut scribi debet, ita & proferri.

¶ Diple, nota quædam, seu character, quem scriptores apponunt in libris Ecclesiasticis, ad separanda, vel demonstranda testimonia Scripturarum. Isid. Pap.

Diplinthius, paries ubi duo ordines laterum in corii latitudinem instrutorum: ut triplinthius, ubi tres. Vitruv. lib. 2. cap. 8. ¶

Diplōis, idis, Διπλοῖς. Vestis duplicitis genus, ut ex ipso statim etymo appetat: nam quod nos duplex, Græci Διπλοῦ appellant. { GERM. Ein Doppelmantel / oder zwyschach Kleid. ANGL. A doublet, a broast place. }

DIPLÔMΑ, sive diploma, vulgo Bulla, alias Breve, Codicilli. { חותם חתמי. διπλωματ. GALL. Lettres patentées d'un prince, bulles, lettres éloses, quelque chose mise en double. ITAL. Privilegi, patente, bolla. GERM. Greyheit oder genahts brief von einem Fürsten oder Oberfeits Greyheitsbrief / oder sonst ein herlicher versiegelter brief. HISP. Letras del principe, como privilegios, δ Sellos papeles. ANGL. Charters, or letters patente of a prince. } Literæ dicuntur Principum signis obsignatae, quales sunt, quas literas patentes, aut bullas Pontificias vocant. Cic. ad Balbum, Diploma statim non est datum: de literis Caesaris intelligit, quibus Balbus restituebatur. Suet. in August. In diplomatis, libellis, & epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri. Idem in Calig. cap. 38. Prolataque Divorum Julii & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta defebant. Et in Othon. cap. 7. etiam diplomatibus, primisque epistolis suis Neronis cognomen adjecit. Idem in Neron. cap. 12. Diplomata civitatis offerre. Græci Διπλοῦ dicunt duplum. Unde videtur diplomata fuisse literas complicatas, & lino trajecto obsignatas. ¶ Apud Juriscons. accipitur pro itineris festinatione, hoc est, quum per dies singulos duplia itinera conficiuntur. Venuleus de verb. oblig. l. continuus 137. §. 2. Quibus, inquit, quasi interpretatio quædam inserta est, ut qui Ephesi se daturum spendorit, neque diplomate, hoc est, diebus ac noctibus, & omni tempestate contempsa, iter continuare cogatur. Et sequitur: Quod si diplomate ac felici navigatione maturius quam quisquam pervenerit Ephesum, confessim obligatus est. Modest. ad l. Corn. de fals. l. 27. §. 2. Falso (inquit) diplomate vias commeavit. Sed præstat videtur Bud. in cap. qui illiciis insignibus, eodem tit. Diplomata deinceps intelliguntur pro quibus cuncte literis concessis à principe, vel à magistris

gistratibus ejus nomine, sive tabellariis, ut libetum & expeditum iter faciant, sive exilibus restitutis, sive aliquo crimenie absolutis, sive obligationibus. Lege *Tractatores*.

¶ Diplomatarius, duplicator. *Gloss.* Isid. ¶

Diplomatica officina, vulgo Cancellaria. GERM. *Cancery*. Authore Bud.

¶ Diplosa, divisa, separata. Pap. ¶

Dipnias, διπνίας, urbs Thessal. circa Larissam, ubi aiunt Apollinem primū esse pransum, quum ex Tempe purgatus rediit. Steph.

¶ Dipodia, duo pedes. Mensura in poësi. δίποδος bipes, à δίς & πόδες pes. ¶

Dipenius, Scyllis frater, qui ambo, teste Plinio, in Creta insula geniti,

etiamnum Medis imperantibus, priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. primi omnium marmore sculpendo inclatuere. Primū Sicyonem se contulere, quæ diu

fuit officinarum omnium metallorum patria, ut ait Plin. lib. 36. c. 4.

Dipondius, sive Dupondius, à duobus ponderibus dicitur: nam (ut Varro docet) duos asses pendebat. {διπονδία. ANGL. *V weight of two pounds.*} Dipondii itaque valor, si ad Gallicæ pecuniae estimacionem redigatur, erit octo denariolorum. At verò numus libralis, & dupondius, numus bilibris dicebatur. Plin. lib. 33. cap. 1. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur assis. Hinc dupondii juris auditores quandam appellati verbo ridiculo, quasi diceret Jurisconsultos diabolares. Justinianus in *prefat. Pandectarum*.

Dipondiārūs, a, um: διπονδίας, δύο λιτρῶν. Plin. lib. 34. cap. 2. Et orichalcii bonitatem imitatur in festeriis, dipondiārūsque Cyprio suo assibus contentis. Colum. lib. 4. cap. 30. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiārii orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Dippæa, urbs Arcadiæ. Steph.

Dipsacon, Διψάκη. Spina alba, quæ & aspalathus, & diaxylon nominatur, teste Plin. lib. 24. cap. 13. ¶ Est item dipsacon medicis, renum quidam affectus, maximam inducens sitim. Alio nomine diabetes, διασθέτης. Appellatur à quibusdam etiam utinæ profluvium, eo quod potus statim effluat, nulla penè in corpore mutatione accepta.

Dipsas, Διψάς. Serpentis genus, viperæ simile: à Διψα, sitio dictum. Suo enim morsu humorem omnem consumens, sitim maximam inducit. Vide Lucan. lib. 9. *Dioscoridem lib. 8. cap. 119.* (ex Hermolai versione.) Dipsadis mortus comites sunt tumor quidam solitus, sitis contenta vehementer, nunquam explebilis, nunquam interquiescens. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, sempèque in principio desiderii ejus sunt, tanquam si nihil adhuc bibissent. Ob id, ipsa dipsas, ab aliquibus prester, ab aliis causos vocata est. ¶ Est item Dipsas, lenæ cuiusdam nomen, apud Ovid. lib. 3. *Eleg.*

Est, inquit, quadam (quicunque volet cognoscere lenam,

Audiatur) est quadam nomine Dipsas anus.

Dipson, tis. Fluvius est Cilicie ex Tumo profluens. Lucan. lib. 8.

— tantòque videt *Dipsona cadente, &c.*

¶ Dipterus, a, um: δίπτερος, or, duplices alas habens, dupli columnatum ordine cinctus. ¶

Diptota, διπτωτα. Dicuntur nomina duos tantum casus habentia. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ habent tres, quatuor, & quinque casus.

Diptychum, est duplex tabula, quarum una vivorum, altera mortuum continent nomina.

¶ Dipyros, a, um: διπυρος, bis expertus ignem. Dipyros panis, nauticus, bis coctus. ¶

Dirades, Διράδε. Pars tribus Leontidis, à Dirade quodam dicta. Steph. DIRADIS, as: est radiorum figuram compono. {giorei eis èx: træs dienpi, eis eñx: èx: luecið: dienpi. GALL. *Etendre ou coucher, & ordonner en façon de rays d'une roue.* ITAL. *Far qualche cosa à modo di raggi.* GERM. *In stremens weiss ordnen.* HISP. *Haizer algo à manera de rayos.* ANGL. *To spread abroad like beams.*} Columell. Validam ergo vitem in ramos diducere censco, & traducibus dispergere, atque diradiare.

Diræ, arum, vide *Dirus*.

Diræ, διρα, locus est Scythia, in quo Theos civitas est, si rectè legitur apud Steph.

Dircæus, cum æ diphthongo, Διρκαῖος. Dicitur Aonius, sive Thebanus. Nam pars Boeotiae, in qua fons est Dirce, Dircæa cognominata est.

Et apud Virg. Amphion Dircæus dictus est, id est Thebanus.

Dirce, διρκη, nomen mulieris, Lyci Thebarum regis uxoris, quam ille duxerat, repudiata Antiopa. Sed hæc verita ne Antiopam revocaret, impetravit à marito, ut posset illam in vinculis detinere. Antiopa verò tempore partus soluta, gemellos quos ex Jove conceperat (ut supra dictum est) peperit, Amphionem videlicet, & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt: Diteem verò caudæ indomiti tauri alligarent, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione in sui nominis fontem conversa est, non procul à Thebis. Propert. lib. 3.

Tu reddis pueris matrem, puerique trabendam

Vinxerunt Dircen sub trucis ora bovis.

Lucan. lib. 3.

Fatidica Cephisos aqua, Cadmeaque Dirce.

Ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircei. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Directam, sive Dircei duo nati Jovis devinxere ad taurum. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens, quum Palladi convitiatetur, inter lavandum in piscem conversa est. Ovid. lib. 4. *Metam.*

Dirce quam versam squamis velantibus artus

Stagna Palastini credunt coluisse figura.

Direnna. Fons est gelidissimus in Hispania Tarracensi, non procul à Bilbili. Martial. lib. 1.

Avidam rigens Direnna placabit sitim.

Diré, διρη, Promontorium & urbs ejusdem nominis juxta Aethiopiam. Est & civitatis Atheniensium socia. Steph.

DIRÉBÉRÉ, & Dirliméré, illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse: neutrum autem satis manifestum.

Diribere tabellas, significat distribuere: diribebantur autem iis, qui

Calepini Pars I.

suffragium latiri essent: de quo sic Cicero in *oratione in Pisone*: Hoc certè video, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum. Et in ea post redditum in Senatu. Quando in illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? Loquitur autem Cicero de lege pro ipsius redditu comitiis centuriatis lata. Nec dubito quin legendum sit, *Diribeantur*, non *diripientur*, in ea in Pisone, in eo loco: An expectas, dum de te LXXV. tabellæ diripientur? Ita hoc verbum non in comitiis solum, verum etiam in judiciis usurpatum patebit: nam hoc proximum exemplum satis planè judicium, quod Pisoni Cicero minatur, significat. Plinius autem ad alias res transstulit hoc verbum: ait enim sic lib. 36. cap. 15. Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Quod autem in oratione pro *Plancio*, vir diligens & eruditus legendum putat, pro direptio, diribitio, rectius opinor sensisset, si *diremptio* reponere maluisset: quum enim populus, aut judices tabellas voluntatis indices, in cistas deposituerant, tum ut intelligeretur quæ tabellæ legem probarent, quæ rejicerent; aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat. Id autem dirimere, cæque actio, *diremptio* vocabatur. Id ita esse, planè demonstrat Varro *de re rust.* lib. 3. Comitiis, inquit, ædilitiis, quum ego atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi: Dum dirimuntur, inquit, suffragia, vis potius villæ publicæ utram umbra, quæ privati candidati tabella? Sic enim scriptum est in veteribus libris, non ut à quibusdam, hujus verbi vim ignorantibus, nimis temere est intrusum, diribentur. In Epistola quoque 4. lib. 3. ad *Quint. Fratr. Cato*, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit: ubi, *diremptis*, legi malim. Perispicuè autem hujus verbi sententiam demonstrat Lucanus, lib. 5. in illo versu,

Et non admissa dirimit suffragia plebis,
pro dinumerat, discernit. Hæc ex observationibus Aldi.

Diribitorum, { τὸ ἀπομένον. GALL. *Le lieu où on fait la monstre des gens d'armes, où on les paye: ou bien le lieu où se retirent les servants d'une maison.* ITAL. *Luogo dove si pagavano gli eserciti, la banca di soldati.* GERM. *Ein musterplatz/ein ort da man den kriegsleute ten den sold bezalt.* HISP. *Lugar donde se hazia el alarde.* ANGL. *The place of payement or distribution à muster place.*} Locus erat in quo recensiebatur exercitus, & stipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc est, distribuendo. Sueton in *Claud.* cap. 18. In diritorio duabus noctibus mansit. Unde:

Diribitor, is: Distributor, divisor. { GALL. *Le Thresorier, le Boursier, celuy qui distribue, qui compte argent à plusieurs.*} Cic. in 1. Orat. post redditum suum ad Senatum. Quando, inquit, in illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? hoc est, divisores, distributorésque, qui inter tribus virtutim pecuniam dividenter. Plaut. in *Auln.* curiarum magistros appellavit. ¶ Diribitorum etiam locus dicebatur, in quo ministri versabantur: & diribitores, ministri ipsi dicti sunt. Apul. lib. 4. ASIN. Diribitores plusculi, splendidè amicti, fercula copiosa scitulè subministrata. Plin. in *Epist.* pædagium vindetur appellate, διρίζειν, id est, à pueris, & ministris.

DIRIGEO, es, ui: Prä frigore, aut timore, aut alio casu viribus destituor, ζητεῦμι, συμποδοῦμ. GALL. Devenir gourd & roide qu'on ne peut remuer, soit de froideur, crainte, ou autre avantage. ITAL. Indurirsi per grand freddo, ò pertimore: divenir rigido. GERM. Vor Felte frost oder andern zufal erstarren. HISP. Pasmarse, erizarse, y casi hazerse duro como quien se hiela. ANGL. To shrink for cold or for feare. { Virg. lib. 8. *Aeneid.*

Dirigit visu in medio, calor ossa reliquit.

Id est, præterreto rigidus factus est. Idem 3. *Aeneid.*

At sociis subita gelidus formidine sanguis Dirigit. DIRIGO, is, ex di & rego. Rego, rectum facio, dispono, compono, ordinō, æstimo. { τὴν ἵσχυσαν, ἐπιτίκκειν, ἐπιτίκη, επιτίκην. GALL. Usser, viser, ordonner. ITAL. Drizzare. GERM. Richten/etwas krumb schlecht machen. HISP. Emendar ò endereçar. ANGL. To mak right or sett streight.} Plut. in Paneg. Nam vita principis censura est, cæque perpetua: ad hanc diriguntur, ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus est, quæ exemplio. Cic. 3. de *Orat.* Nac sunt hæc rhythmorum, aut musicorum acerrimæ normæ dirigenda; Planc. *Ciceroni!* Ad Mutinam iter dirigerem. Virg. 7. *Aeneid.*

Direzere acies.

Ubi Servius, Ordinatur in latitudinem. Ovid. 6. *Fast.*

Si domus illa tua est (ò Bacche) dirige vatis optus.

Velleius, *Diegit fugam ad ejus arbitrium, Dirigere bibliothecas;* Suet. in *Cas.* cap. 44. Et, *Dirigere vera aliquò. Cæsar lib. 2. bell. civ.* Item, *Dirigere finem, id est, determinare. Liv. lib. 9. detad. 4.*

Directus, participium: Rectus. { τὸν μεγαλοῦσαν, ἐπιτίκην methukán. Λουκεις. GALL. Addressé, mis, jetté ou dressé, droit. ITAL. Dritto. GERM. Gerad/gericht in die geradt. HISP. Endereçado. ANGL. Sett rigth and streight.} ut, Directi pedes, directum iter, directus ordo. Cato cap. 18. Arbores ad stipitem primum directos pedes secundum decim. Cicer. de nat. Deor. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. Idem pro Cecin. Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Velleius, Directa acie pugnare. Tibul. lib. 4.

Modo directo contendere cursu.

Seu curvo gyro (de equestri exercitu.)

Diriecte, sive directò, adverb. { בְּמִזְבֵּחַ lemescharim. בְּמִזְבֵּחַ. GALL. Droitement, tout droit. ITAL. Drittamente. GERM. Straße/ schmunschlechtig. HISP. Derechamente, sin torcer. ANGL. Rightly, straightly.} Cic. in *Part.* Alterum ad finem directò spectat. Ibid.

Ut quum semel dictum sit directò.

Directio, verbale. { בְּמִזְבֵּחַ meschär. בְּמִזְבֵּחַ, בְּמִזְבֵּחַ. GALL. Addressement, direction, conduite. ITAL. Addrezzamento. GERM. Richtung. HISP. Endereçamiento, obra de emendar ò endereçar.

ANGL. A setting right or straight. } ut, Directio ad veritatem, O int. lib. 3. cap. 7. in fin. Rationis directio ad veritatem. Idem lib. 3. cap. 6. Directum, i. ὁ γωρδός, substantivum. Cic. in *Part.* Äquitatis autem vis est duplex, cuius altera directi, & veri & justi, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

Dicitur ēctārī, fures appellantur ii, quin in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, iisque severius quam fures puniendi sunt. Ulpianus de injur. & famos. libel. l. sacculatii. Sunt tamen qui hoc loco apud Ulpianum Diatrios malint legere, quod fures hujusmodi in alienas dietas soleant transcendere. Vide in dictione Diata. Diatrius in antiquo Lexico exponitur, ἡγεμονίας. Fur igitur est, qui fortes aperit, Apertularius quibusdam dictus, & Effractatus. Dicitur īmo, is, diremi, diremptum, ex Di & Emo, interposita r: sive ex dis, & emo, s in r mutata, componi videtur. Divido, separo, distraho. { חָבֵד הַבְּדִיל, פֶּרֶד בְּרֵדָה, גַּזְהָרָה, דָּלְדָּלָה, דִּלְגָּזָה, אֲפָלָתָה, דָּלְדָּלָה, גַּאֲזָה. GALL. Separer, divisor, departir. ITAL. Spartire, dividere. GER. Zertheilen/ von einander scheyden. HISP. Apartar. ANGL. To separat, to parte thame that beat variance. } Plaut. in Amphit. Sed prælum id tandem diremit nox interventu suo. Idem ibid. Rixam, ut potest, dirimam, Dirimere nuptias. Suet. in Ces. 43. Virg. 5. Aeneid.

— & pralia voce diremit.

¶ Sic dirimere item, id est, dissoluere & decidere. ¶ Dirimere tempus, est differre, & in aliam diem aliquid rejecere: pro quo etiam diffundere, vel potius diffindere diem, veteres dixerunt. Vide Diffundo. Cicer. de Divinat. Quid enim habet atus pex, cur pulmo intus etiam in bonis exitis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Aliquando dirimere ponitur pro Destruere, διστύ, διαγέλλω. Salust. Quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium dirimit. Dirimuntur oppida unius diei itinere: id est, distant inter se unius diei itinere, sive absunt inter se. Plin. epist. 94. lib. 6. Hunc ego non ut multi, sed arctissime diligo, et si oppida nostra unius diei itinere dirimuntur.

Diremptus, us, ui: Separatio. { רְגַהְזֵר. Διστύ, διαγέλλω. GALL. Departie, separation, division. ITAL. Separatione, rompimento. GER. Zertheilung/ abländerung. HISP. Apartamiento. ANGL. Separating or severing. } Cic. 1. Tuscul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus eorum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. Velleius, Dirimenti gradibus utatis Cicero, Crassus, Hortensius. Idem, Omnia dirimente fortuna inter duces (morte sup. Juliae).

Diremptio, Distractio. { רְגַהְזֵר. Διστύ. ANGL. A severing. } Locus autem Ciceronis ex Planciana male hic antea ascriptus erat: non enim legendum in eo est Diremptio, sed Diribitio. Interim tamen dubitandum non est, quin hoc vocabulum apud Latinos authores reperiatur.

Diripio, is: Dispulor, spolio, in diversas partes rapio. { סְבָשָׁס, סְבָשָׁסְבָּה, בָּזָזָה, בָּזָזָה. GALL. Ravir, piller, arracher & emporter. ITAL. Rapire, torre per forza. GER. Herauben/ plündern. HISP. Arrebatar. ANGL. To tank or pull away to despoile. } Cic. Attic. lib. 3. Patriam non servandam ad redditum nostrum, sed diripiendam, inflammandamque reliquimus. ¶ Diripere aliquem è loco, pro vi abstrahere. Idem de prouinciis Consul. Hos de provinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis? ¶ Diripere de autoritate alicujus, per translationem. Idem pro Sylla. Sed ut ille, judices, quantum de mea autoritate diripiisset, tantum de se hujus praesidiis diminuturum speravit.

Direptor, verbale. Qui diripit. Cic. 7. Philip. O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum! cultusne urbis, an direptor, & vexator esset Antonius?

Diréptio, verbale. { מְשֻׁבָּח meschissâb, בִּזְבָּח bizzâh. Διστύ. GALL. Ravissement, pillerie. ITAL. Rapimento. GER. Heraubung/ plündern. HISP. Robamiento. ANGL. A robbing, pilling or sacking. } Cic. lib. 2. epist. Urbs relicta direptionia que incendiis.

Direptus, a, um, Particip. διερημπός. Cic. 1. de finib. Sapientia est adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibusque detrahit, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem.

Dirys, mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cœli columnam vocaverunt. Meminit Plin. lib. 5. cap. 1. ubi Dytis scribitur per y Græcum,

¶ Ditivatorium, castellum unde aquæ in diversas urbis partes corrabantur. Sabell. ad Suet.

Dirphys, δίφυς, mons Eubœa, ubi Dirphyra Juno colitur. Steph.

DIRVMO, is: Variè rumpo, seu violenter scindo. { שְׁרָק karâb, שְׁרָקָה parats. Διστύνυμι. GALL. Derompre, briser, casser, crever. ITAL. Rompere à forza. GER. Zerreißen/ zerbrâchen. HISP. Romper por fuerza, o en diversas partes. ANGL. To brast or bracke a sunder. } Plaut. in Curc. sc. 1. a. 2. Geminus in ventre videor habere filios, nihil metuo, nisi mediùs dirumpat miser. Refertur quandoque ad animal. Cic. ad Attic. lib. 7. Dirumpor dolore.

Diruptus, a, um: Item Dicuptior. Liv. lib. 8. dec. 4. Diruptæ rupes. Idem lib. 9. dec. 4. Et prona & dirupta spatia. Gell. cap. 2. lib. 6.

Diruptio. Senec. Quæst. natur. lib. 2. cap. 15. Necessariò vastum in tam magnorum corporum disruptione reddi sonum.

DIRUNCIO, as: Dissecō, & dissipō. Tractum à runciniis, que majores serræ dicuntur, quibus fabri lignarii majora ligha secant. Plaut. Milit. Ut lapide diruncinavit militem.

DIRUNCIO, teste Festo, Depurgo. { נִיקָה nikkah. GALL. Purger. ITAL. Purgare. GER. Saubern / reuten. HISP. Purgar o limpiar. ANGL. To purge to mak cleane frome weedes. } Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod instrumentum est excidendis dumatis idoneum. Malim à di, Scuncio, quod est herbas multas & inutiles cyclo. Fest. Dirunciant, depurgant. Martin.

Diruo, is: Dejicio, everto, atque destruo. { בְּפֹר hippil, שְׁרָה harâs, שְׁלָבָדָה, שְׁלָבָדָה. GALL. Mettre par terre, détruire. ITAL. Rui-nare, distrugere. GER. Niderbrâchen/ zerstören. HISP. Derribar edificio, destruir. ANGL. To breake dorone, to destroye, to overthow. } Liv. lib. 1. Fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Terent. in Adolph. Hanc in horto maceriem jube dirui. Liv. Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. Multas abs te esse liberatas urbes, complures dirutas, ac penè desertas.

Dirüs, a, um: à δάφει, vel quasi Dei ita. Crudelis, sævus, infestus, ferus, immanis. { אַכְבָּרָה achzâr, אַנְגָּלָה angâlah, טַלְמָעָה talma. GALL. Horrible, cruel, comme envoyé de l'ire de Dieu. ITAL. Crudele, empio, fiero. GER. Grausam/scheunglich. HISP. Cruel, o de ira de dios. ANGL. Cruell, vengeable, terrible. } Virg. 3. Georg.

— priusquam

Dira per incatum serpent contagia vulgus.

Sic fatum habet: Optuni omnes nostrates pro claris factis, diris aguntur malis. Plaut. Amphitr. Cave tibi à diro infortunio. Plaut. Isend. sc. 7. a. 4. Quasi dirum nomen respuit. Senec. cap. 9. de cons. ad Marc. Dira cæde spargitur ara. Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Tript.

Tutus ab insidiis dire superbe tuis.

Idem 2. Fastor. & Eleg. 3. lib. 3. Tript. Diræ immanitatis. Sueton. in Claud. cap. 25. ¶ Aliquando accipitur pro magno. Virg.

Iam tum religio pavidos terret agresies

Dira loci.

¶ Dirutus ære miles, cui stipendum ignominiae causâ non erat datum, quod æs dituebatur in hiscum, non in militis saccum. Fest.

Diræ, { אַלְוָתָה aloth, לְלוֹתָה keloth, δαι, δηδίδης. GALL. Furie d'enfer, maledictions & execrations. ITAL. Bestemmie, maledizioni. GER. Verflüchungen/ reuenschung grausamer dingens. HISP. Las furias o ira de los Dios. ANGL. The furies of hell, execrations, cursings. } Execrations, & imprecations sunt, quæ in malevolos effundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellant: quibus quicunque devotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cicero, M. Crasso quid acciderit videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. Diras imprecati. Livius lib. 4. d. 4. Species & umbrae filiæ diras agitabant. Græci ιαγαδούς τις παλαιαμορός άρχος dicunt, & άρχος διάνοιας ο φανώδεις ιαγαδούς. ¶ Sunt etiam diræ inferorum Furyæ, quibus præcipue ii, qui sceleris alicujus sibi sunt consciij, creduantur exagitari. De quibus ita Virg. lib. 12. Aeneid.

Dicuntur gemina pejores, cognomine Diræ.

Quas & Tartaream noctem intempesta Megaram
Vno eodemque tulit partu.

Hinc Dirarum infectatio apud Sextum Aurel. Victorem in Epitome de Caracalla: id est, furiarum agitatio. Hic, inquit, fratrem suum peremit: ob quam causam furore pœnas dedit Dirarum infectatione. ¶ Dicuntur autem in celo diræ, άρχαι: Furiæ, ιεραι, in te. tris: Eu-menides, Αρχίδης, in inferis: unde & tres esse dicuntur.

Diritas: Crudelitas, immanitas, feritas. { אַכְבָּרָה achzâr, אַלְוָתָה, אַמְּגָן. GALL. Cruauté. ITAL. Crudeltà, ferocità. GER. Grausamkeit. HISP. Crueldad, bravura sua tino. ANGL. Covetise, vengeance, terribleesse. } Cic. in Vatinium, Quanquam sis omni diritate atque immanitate deterrimus. Idem 3. Tusc. Intelligi potest ex his statibus qui in Adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. Diritas omnis. Gell. cap. 9. lib. 4. Ob diritatem totius diei. Sueton. in Neron. cap. 8. ¶ Morum diritas. Idem in Tiberio, cap. 21. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeò improbase, ut nonnunquam remissiores hiliorésque sermones, superveniente eo obrumperet.

Diruncino, Repugo. Plaut. Milit. Ut lepidè diruncinavit militem. Vide Eruncino.

Dis, Præpositio disjunctoria, de qua suprà dictum est in Di.

Dis, ditis, nomen est à δῖς, δῖς, δῖς. Deus divitiarum, qui à Luciano claudus singitur in accessu, in recedendo autem alatus, quod divitiae longissimo tempore partæ, nisi cautè dispenses, quam velocissime slabantur. ¶ Fingitur etiam cæcus, quod nullo prorsus judicio indignissimum quemque maximè opibus oneret, dignotes prætereat. ¶ Dis etiam creditur esse inferorum Deus, quod divitiae ex intimis terra visceribus effodiuntur. Græcè μάτιον dicitur. ¶ Ditis patri contraria hostia: exta potiora. Sueton. in Othon. cap. 8. ¶ Ditis concava (id est, inferi.) Macrob. in somn. Scipion. ¶ Ponitur etiam Dis pro divite, μάτιον. Terent. in Adolph. Dis quidem esles Demea, ac rem tuam constabilles. Hinc ditior & ditissimus. Cic. de Amic. Ditior mihi & affuentior videtur esse vera amicitia. Idem Parad. Ut quisque, quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus. Plaut. Cure. sc. 1. a. 4. Dites damnosí mariti, ubi? Romæ. Idem ibid. Boui homines & dites. Liv. lib. 2. d. 5. In diti domo. Idem lib. 1. bell. Pun. Ditia stipendia.

Dito, as: Divitem facio. { שְׁרָק heßschir. שְׁרָקָה. GALL. Enrichir, faire riche. ITAL. Arrichire. GER. Reich machen. HISP. Enriquecer à oro. ANGL. To mak riche. } Liv. 1. bell. Pun. Castra militem ditavere. Plin. lib. 35. cap. 18. Quos enumerae jam non est, è sanguine Quiritum & proscriptorum licentia ditatos. Tibul. lib. 4.

Cui fuerant slavi ditantes ordine sulci Horrea.

Ditæco, Dives sio: augmentativum à verbo inusitato Diteo. { רְשָׁא baschâr. וְשָׁרָא. GALL. Devenir riche, s'enrichir. ITAL. Divenir ricco, arricchire. GER. Reich werden. HISP. Enriquecerse. ANGL. To make rich. } Lucan. lib. 4.

— possunt tamen inde puellas

Suscipere. & partu possunt ditescere dulci.

¶ Disbullo. Synod. Const. 3. à bullo, signo: signum tollo. ¶

Discalceo, as: Calceos exuo. { שְׁרָק našchâl, שְׁלָבָדָה chalâs nat al. יְגַדְּיוֹתָה. GALL. Déchausser. ITAL. Discalzare, scalzare. GER. Entschuchen/ die schuh abziehen. HISP. Descalzar. ANGL. To put of shooes. } Suet. in Neron. Circa cultum, habitumque adeò pendens, ut comam semper ingradus formatam peregrinatione Achaia etiam ponè verticem summisiterit, ac plerunque synthesin induitus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus, mollium & effeminatorum more. Vide Disciplina, infrâ. Hebr. קְרִי jachéph.

Discapēdino, as: à capedine fit. Refero, aperio. { פְּנָה pathach, διέρεω. GALL. Ouvrir. ITAL. Aprire. GER. Aufschliessen/ aufsthun. HISP. Expedir à abrir. ANGL. To open, to mak patent. } Apuleius, Hyagnis primus in canendo manus discapedinavit. Verbum est novum Apuleio parente natum.

¶ Discapulati, quibus toga diffuerit. Senec. Gualt.

Discendo, à Plauto usurpatum est pro diligenter caveo. נְשָׁמַר nischmar. ἀρχόμενος. GALL. Se donner bien garde de toutes parts. ITAL. Guardarsi bene. GERM. Wol verhüten. HISP. Guardarse muy bien. ANGL. To be ware and circumspect on all parts. Ita enim legitur in Menach. sc. 1. a. 2. Dictum facesse clatum, & discaveas malo.

DISCEDO, is : Recedo, abeo, proficiscor, migro, demigro. נְלָכֵחַ halach. διαχωρίζειν. GALL. Separir, s'en aller. ITAL. Partirsi, andar via. GERM. Hinweggehen/hinweichen. HISP. Partirse de lugar. ANGL. To go or passe aroy, to depart. } Plin. Facestite hinc, atque à nobis discedite. Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Pedem ab ista non discedat, si licet sit. Idem Asin. sc. 1. a. 2. Jam pridem videtur factum cum discessisti ab herbo. ¶ Interdum ponitur pro excipere, ἀνακάμπτειν, ut si dicam: Quum dicensse à parentibus, nemo est mihi te charior, id est, parentibus exceptis. Cicer. Lentulo. Sic tamen existimare te velim: quum à vobis salutis meæ authoribus discesserim, neminem esse cuius officiis me tam esse devinctum non solum confiteat, sed etiam gaudem. Interdum pro distendi, dividi, κατέσθια, διαχωρίζειν. Idem lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbris, in illum hiatum descendit. ¶ Discedere in sententiam, est alterius sententiam approbare, επισήμα. Mos enim fuit antiquorum, quum in tanto Senatorum numero longum foret singulorum sententias audire, eos tantum qui ceteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde duabus tribus jam dictis sententiis, reliqui ad eos quorum iudicio subscribant, transibant. ¶ Discedere, non est semper de loco abire: nam lib. 11. ad Atticum: Si possum, inquit, discedere, ne causa optima in Senatu pereat. Id est, si possum consequi, si hunc exitum res habere potest: idem verbum ad eandem sententiam transtulit Tert. apud quem ita loquitur Geta servus in Phormione: Modò ut hoc consilio possit discedi, ut istam ducat. Ex Aldi Comment. ad Attic. ¶ Discedimus, pro discessimus. Varro, Scal. //

DISCESSIO, verbale: Abitus discessus. נְלָכֵת lécheth, sarah. διαχωρίσις. GALL. Département, separation. ITAL. Il partirsì, la partita, GER. Hinweichung/hingang. HISP. La partida de lugar. ANGL. A going aroy, a departing. } Cicer. 2. Off. Eorum neque accessione melior vita fit, neque discessione pejor. ¶ Ponitur interdum discessio, pro divorcio. Tert. in Andr. Nempe incommoditas denique hoc omnis redit, si eveniat (quod dii prohibeant) discessio. ¶ In foro quoque dicimus Discessionem fieri in sententiam alicujus, quum Senatores è sua sede ad eum transeunt, cujus sententiam approbant. Cic. 6. Verr. Atque adeò quum jam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum, atque in tabulas relatum. Pet discessione in quomodo sit SC. Gell. cap. 18. lib. 13. & cap. 7. lib. 14. Vide Senatusconsultum.

DISCESSUS, us, ui, verbale à discedo: Discessio. נְלָכֵת lécheth, sarah. διαχωρίσις. GALL. Département, départ. ITAL. Dipartimento, la partita, GER. Hinweichung/hingang. HISP. La partida de lugar. ANGL. A going aroy, à departing. } Senec. cap. 7. de consol. ad Marc. In discessu, non solum amissione charissimorum mortis est necessarius. Cic. 5. de fin. Quinetiam quum decreverit esse morendum, tamen discessu à suis, atque ipsa relinquenda luce moveatur. Discessum è vita, pro morte posuit idem Cie. 1. de Divin. O praelatum (inquit) discessum è vita. ¶ Discessus terræ pro hiatu, & chasmate accipitur. Item Discessus cœli, pro subita cœli disruptione, qualem nobis videtur, quum fulgura, aut coruscationes apparent. Idem Cic. 2. de Divin. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec trajectæ stellæ, nec faces visæ terrebunt.

DISCELLUS, us, ui, particip. futuri temporis, διαχωρίσιον. Plin. lib. 20. c. 24. Sed discessuti ab hortensibus, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus: hoc est, prius quam discedamus ab hortensium herbarum tractatione.

DISCETO, as: Disputo, contendeo, decerto. נְבָרֶת, טען nischpat, בְּרִיל pilléll. ἀργεῖνοι. GALL. Débatre & disputer de quelque different. ITAL. Disputare, contendere. GER. Zanken/streiten. HISP. Contender disputatione. ANGL. To disput or reffuse of any thing, to contend. } Cicer. fam. 4. Postquam armis disceptari ceptum est de jure publico. ¶ Aliquando etiam moderor, compono, ἀρχαγεῖσαι, quod ad verbum è Greco dictum esse videtur. διαγένοι, διαχωρίζειν, ἀρχαγεῖσαι: vel (ut alii exponunt) judico, arbitror, cognosco: In qua significazione accusativum regit. Idem Cicer. pro Milone. Et isti est præpositus quæstiōni, qui hæc justè, sapienterque discepter. Livius lib. 1. d. 5. Disceptare controversias. ¶ Est etiam alias hujus verbi elegans usus apud Cicer. famili. 10. ad Plancum Imper. Quamobrem, inquit, quanquam in uno prælio omnis fortuna R. P. disceptat, quod quidem quum hæc legeres, jam decretum arbitrabat fore: tamen ipsa fama, qua de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consequtus. Id est, quanquam omnis Reipublicæ fortuna de tui prælia exitu pendet.

DISCETATOR: Reisententiaeque arbiter, judex. נְמֹחַיָּה pelili. mochiah. διανοτης. GALL. Iuge ou arbitre. ITAL. Giudice à arbitro. GER. Ein schidmann / der ein handel entscheydt. HISP. Contendedor que disputa, juez, arbitro, arbitrador. ANGL. A judge or arbitrour, a dayes man. } ut docet Cicer. in part. ad filium. Nam aut ausculator est (inquit) qui audivit, aut disceptator: id est, rei sententiaeque moderator. Idem ad Sulpit. lib. 13. Ut omnibus in rebus, & quæ in aliquam controversiam vocantur, te arbitrio; & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur.

DISCETATRIX. נְמֹחַיָּה peliliyah. mochahath. διανοτης, ἀρχαγεῖσαι. GALL. Celle qui juge. ITAL. Dona che giudica. GER. Richterin. HISP. Contendedora que disputa, arbitradora. ANGL. She that judges or is arbitrour. } Cicer. 4. Acad. Dialecticam inventam esse dicitis veri & falsi quasi disceptatricem & judicem. DISCETATIO: Causa & lis. נְמֹחַיָּה peliliyah. διαχωρίσιος. GALL. Debat en paroles, dispute, controverse. ITAL. Contentione. GER. Ein span oder streitiger handel. HISP. Aquella contienda

disputando. ANGL. A striving in wordes, controversie. } Cit. 2. de Divin. Cum quibus omnis ferè nobis disceptatio contentioque est. Disceptatio pro arbitratu & cognitione. Ulpian. l. quum ij. §. si cuius ff. de transatt. Hæc omnia habent disceptationem Pratoris, & pro utilitate alimentarii accipienda sunt.

DISCPTATIUNCULA, diminut. à Disceptatio. Gell. lib. 20. cap. ult. Ea omnia subcisia & subsecundaria tempora ad colligendas hujusmodi memoriarum disceptatiunculas conferam.

DISCERNIS, discrevi, discriberum: Separo, divido, dijudico, distinguo, dispicio. נְקַפְּחַקָּר, בְּנַכְּרָה hachár, חַבְּדִיל hibdil. διαχωρίζειν, διαχωρίζειν. GALL. Discerner, separer, & connoître l'un de l'autre, divisor. ITAL. Dividere, separare. GER. Underscheiden. HISP. Apartar. ANGL. To separate, to discerne or know one from another. } Cicer. 3. Tuscul. Democritus alba & nigra discernere non potuit. Discernere à Cicer. pro Fonteio, Quid est igitur ubi clucere possit prudentia: ubi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sapienti judice. ¶ Quandoque distinctè cognosco. Tert. in Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo fatis discernere, nisi me credo huic esse natum rei, scuar ut miseriis. ¶ Discernere item. Virg. 12. Æneid.

Saxum antiquum, ingens, campo qui forè jacebat,

Limes agro positus, item ut discernere arvis.

DISCRETUS, a, um, particip. passivæ significationis à Discernor, נְמַבְּדָל mubdal. διαχωρισθει. GALL. Separé & divisé. ITAL. Separato. GER. Underscheider. HISP. Apartado. ANGL. Severed, separated. } ut, Discreta semina, apud Colum, id est, sepatata. Plin. lib. 15. cap. 30. Discretæ suis nominibus sylva. Hujus compositum protulit Plin. Indiscreta propè specie fuere, id est, indifferenti, διαχωρίσιο. Valla exponit activè, ut sit Discretus, qui qualitates personarum ac rerum momenta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec ullum afferri posse arbitror, nisi in passiva significatione.

DISCRETIONIS, verb. Separatio, distinctio. נְגַזְּרָה ghezér. διαχωρίσις. GALL. Discretion, distinction, separation. ITAL. Divisione, separatione. GER. Underscheidung/absunderung. HISP. Apartamiento. ANGL. A separating, a severing. } Laetant. lib. 7. Quum vis aliqua utrumque discriberit: quæ discretio mors vocatur. Author ad Heron. lib. 4. sic definit: Discretio vocatur, quæ rerum conuenientium continent perspicuum & dilucidam cum gravitate expositionem, Aliando pro delectu, εγίνεται.

DISCRETE, adverb. non significat providè, aut sapienter (ut nonnulli existimant,) sed separatim & distinctè. ¶ Confusè, perturbate. διαχωρίσις. GALL. Separément, distinctement. ITAL. Separatamente. GER. Underscheidlich. HISP. Apartadamente. ANGL. A sunder, severally. } Cicer. de Invent. In praesentia tanrummodo numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permisè dispersimus: post discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique convenerat, ex copia hac digeremus.

DISCRETIM, aliud adverb. Varr. de re rust. lib. 1. cap. 3. Quoniam disrectim de his rebus dicendum est.

DISCRIMEN: Separatio, differentia. נְמַחְלָקָה machalóket, גַּזְגֵּז ghezer. διαφορ. GALL. Difference. ITAL. Differenza. GER. Unterscheid. HISP. Diferencia. ANGL. Difference, diversitie. } Cicer. Totumque discrimen summi boni in ea rerum comparatione positum putat. Salust. Laudamus divitias, prosequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discriminem. Nullo discrimine, id est, facile. Cicer. 4. Acad. Vera à falsis nullo discrimine separantur. ¶ Accipitur etiam pro intervallo, sive distantia. Idem Cicer. de lege Agrar. contra Rullum. Duo maria pertenui discriminem separata, Quintil. Inter discrimina dentium efflare litteram f. ¶ Item pro divisione, & capillorum exortacione, sive compositione, quæ sit discriminculo. נְמַחְלָקָה mikschéh. mikschéh. GALL. Separation. ITAL. Separatione. GER. Schaidung des hars. HISP. Apartamiento. ANGL. A severing and crifing of the heare. } Et Discrimen, certamen, negoti. Virg. 5. Æneid.

Post hos aquo discriminem Pisatrix

Centaurisque locum tendunt superare priorem.

Quint. Veri discriminis facies in foro (id est, certaminis.) ¶ Rursus discriminem periculum dicitur. נְמַחְלָקָה, מְשֻׁנָּה mischenukh. xivw. ayw. GALL. Danger, peril. ITAL. Pericolo. GER. Ein ges fahr. HISP. Peligro. ANGL. Danger, perill. Virg. lib. 1.

Per tota discriminem rerum

Tendimus in Latium.

Cæs. 6. bell. GALL. Videt imminentem hostes, atque in summo rem esse discriminem. Velleius, Discrimine vestro me subittaham.

DISCRIMINIO, as: Divido, separo, distinguo. נְבָרֶת hibdil. διαχωρίσιο. GALL. Separé, distinguier, discernier. ITAL. Dividere, dipartire. GER. Underscheiden. HISP. Apartar. ANGL. To mak difference, to sever. } Cic. in Philipp. Hetturiam discriminat Cassia. Luctet. lib. 2.

forte putes animalia sola teneri

Legibus his: quadam ratio discriminat omnes.

DISCRIMINATUS, particip. Distinctus. נְמַבְּדָל mubdal. διαχωρισθε. GALL. Distingué, separé. ITAL. Distinto. GER. Underscheid. HISP. Apartado. ANGL. Severed, separated one from another. } Liv. 1. bell. Pun. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

DISCRIMINATUM, adverbium, significat differenter. נְמַבְּדָל mubdal. διαχωρίσιο. GALL. Differrement, en diverses sortes, separément. ITAL. Differente. GER. Underschiedlich. HISP. Diversa, o apartadame. ANGL. Severally, à sunder. } Varr. 1. de re rust. Eadem de causa sunt quæ non possunt vivere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & discriminatum: & alia in lacibus, ut arundines in Arctino: alia in fluminibus, ut in Epiro arbores alni.

DISCRIMINATOR, is: διαχωρίστης. ANGL. A severer. } Apul. de mundo: Axis est dictus divisor & discriminator mundi.

DISCRIMINATIO: Separatio. διαχωρίσιος. ANGL. A severing or separating. } Diomed, Grammat. lib. 1. Nomen est quo Deus, aut homo

propria duteat discriminatione pronuntiatut. Ibidem, Sine speciali discriminatione.

Discriminālē, acus est quæ crines dividit ad concinnandum caput. § ψυρί charit. ηράσις. GALL. Un poinson dont usent les femmes à faire les crestes de leurs cheveux. ITAL. Scriminale. GERM. Ein pfriem mit welchen die weiber das haar scheiden. HISP. Partidor de los cabellos. ANGL. A pinne of wood or ivory to trimme and crisper the heare with. § ut apud Isaiam cap. 3. Difriminalia & periscelidas, & murænulas, & olfactoriola.

Discerniculum: Instrumentum quo mulierum capillus discernitur. § ψυρί charit. ηράσις. GALL. Un poinson dont usent les femmes à faire les crestes de leurs cheveux. ITAL. Scriminale. GERM. Ein Instrument mit welchem die weiber die schädel machen. HISP. El partidor de los cabellos. ANGL. A pinne of wood or ivory to crisper and trimme the heare with. § Varr. lib. 4. de L.L. Discerniculum est quo discernitur capillus. Nonius: Discerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem dividit: dictum à discernendo. Transumitur ad quamvis differentiam, seu discrimen. θαφορά. Gell. lib. 7. Tum compari duas species helleboti esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discērpo, is, pñ, ptum: ex dis, & carpo. Distraho, discindo, dilacerō, divello. § ἔργον ταράψη. διαστῆμα, διασπάσθαι. GALL. Mettre en pieces, deschire. ITAL. Stranare, squarciare. GERM. Zerrissen/zerzieren. HISP. Partir y despedaçar en partes. ANGL. To dismember, to eare in pieces. § Cicer. in Topicis. Quum res præposita est, quasi in membra discerpitur. Varro, Duabūque admotis quadrigis alligatum corpus, equis in diversum iter concitatis, discerpere. Discēptus, participium. § ἔργον νιτράψη. διαστῆμα, διαχωθεῖσ. GALL. Rompu & mis en pieces, déchiré. ITAL. Sbranato, stracciato in pezzi. GERM. Zerrissen/zerzerrt. HISP. Despedaçado. ANGL. Toren or torné in pieces. § Cicer. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa & quasi discerpta contrectant. Liv. lib. 1. ab Urbe, Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tunc quoque arguerent. Gell. cap. 18. lib. 7. Vulgo contempi discerptique (id est, diffamati.)

DISCERTO, as, are. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Dic mihi istuc quod discer-
tatis, ut sciam. (Sic vetus liber.) Alias dissertatis: per duplex ss.
Discēts, à Plin. lib. 1. cap. 25. accipi videtur pro cometa, sive simili
aliqua aëris impressione: Eadem (inquit) breviores, & in mucro-
num fastigias, xiphias vocavere, quæ sunt omnium pallidissimæ,
& quodam gladii nitore, ac sine ulla radiis, quos discrus suo no-
mini similis, colore autem electro, raros è margine emittit. Alias
legitur, Chrysetus auro nomine similis.

DISCINDO, is, discidi, à dis, & scindo: Divido, dissecço. § γέρα
καράβ. ηράσινου, διαζύνω. GALL. Fendre, separer en coupant. ITAL.
Fendere. GERM. Zerschneiden/zerspalten. HISP. Hender. ANGL. To
cutt a funder or pieces. § Terent. in Adelph. Vide ut discidit mihi
labrum. Idem in Eunuch. Vestem omnem miserè discidit. Cic. pro
Calio, Discidit vestem? resarcietur. Sueton. in Calig. cap. 33. Cun-
stantem Tragedum flagellis discidit. ¶ Discindere amicitias. Cic.
de Amic. Tales igitur amicitiae sunt remissione usus levandæ, & (ut
Caronem dicere audivi) dissuendæ magis quam discindendæ sunt.
Discissus, particip. § γέρα καράβ. διαζύνει. GALL. Deschiré, brisé
& rompu. ITAL. Stracciato. GERM. Zerrissen/zerschnitten. HISP.
Cortado, despedaçado. ANGL. Cut, rent, torne in pieces. § Virg. 3.
Georg.

Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Stat. 1. Syl.

Hunc neque discissis cœpissent Pergama muris.

Discidium, divisio. Solinus cap. 36. Atlanticus æstus in nostrum mare
discidium orbis immittit. Vide Difidium.

DESCINGO, is, xi, etum: Quod cinctum erat dissolvo. ¶ Cingo.
§ πίπεια πίπεια. διαζύνει. GALL. Desceindre, desarmier. ITAL. Se-
gire. GERM. Entgürten/oder außgürten. HISP. Descenir. ANGL. To un-
gird. § Martial. lib. 9.

Peltatum Scythico discinxit Amazona nodo.

¶ Nonnunquam etiam per translationem pro encravare, seu confu-
tare, vel etiam retundere accipitur. Unde discingere dolos ratione,
dixit Sil. lib. 7. pro eo quod dicimus dolos ratione, & consilio
retundere.

Discinxit (inquit) ratione dolos, fraudesque resolvit.

Invenal. satyr. 8.

Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros.

Et Velleius, Discalceari & discingi (ut eas cubitum.)

Discinctus, particip. § πόπλη μεφατέαχ. οξειδώ. GALL. Desceint,
desarmé. ITAL. Discinto. GERM. Aufgürter. HISP. Sin ceñidero, que
no es ceñido. ANGL. A ungirded. § Liv. 8. bell. Pun. Districtis gla-
diis discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant
discinctos & intemperantes, οξειδάλαχθιδης. Contrà, Accinctos,
solertes, strenuos vocabant: quod à re ipsa deductum est. Molles
enim demissis, discinctisque vestibus uti solent: stenui vero atque
industrii, quæ sine ad res exequendas promptiores, succincti incep-
dunt. Persius satyr. 3.

Non puder ad morem discincti vivere Naca?

Nepos discinctus: id est, omni luxuria diffluens. Horat. Epod. Ode 1.
Ovid. 1. Amor.

Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus,

Mollierant animos lectus & umbra meos.

Liv. 1. bell. Macedon. Nihil primo aspectu contemptius: equi homi-
nesque paululi, & graciles, discinctus & inermis eques. Serv. Discin-
cti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant, cincti sunt:
unde discincti, inefficaces & ignavi dicuntur: sicut è contrario Præ-
cinctos vocamus διζευρόπεις. Sueton. in Aug. cap. 100. Tunicati &
discincti legerunt ossa.

DISCLUDO, is: Excludo, separo, disjungo. § ρήπη εχαλάκ. חבלו
היבדיל. διακλείω. GALL. Ouvrir, separer. ITAL. Separare, chiudere.
GERM. Außschliessen/von einander abtheilen. HISP. Echar de fuera.
ANGL. To soote out, to disyone. § Cicer. 1. Tuscul. Perturbation-

nes semotas à mente & disclusas putat. Lucet.

Cum paribus jungi res, & discludere mundum.

Cæsar 7. bell. Gall. Qui Arvernos ab Helvetiis discludit: id est, dis-
jungit. Cicer. 1. Tusc. Duas partes separate voluit, iram & cupiditat-
em, quas locis suis disclusi: iram in pectore, cupiditatem subter
præcordia locavit. Varr. 3. de re rust. cap. 17. Hi loculatas habent
piscinas, ubi disperses disclusos habent pisces.

Disclūsio, nis, άγνωστος. Apul. lib. de Deo Socratis, Fac intelligas
non modò loci disclusione, verùm etiam naturæ dignitate.

Disco, is, didici, à διάω, δέσμω. Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco. § רְשִׁי לְלָמָד, נְלָמָד אֶלְאָפָח. עֲשֵׂרָה. GALL. Apprendre. ITAL. Imparare. GERM. Lehnen. HISP. Deprender, aprender de nuevo. ANGL. To learne. § Plaut. in Trucul. Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere. Cic. 4. Academ. Ab eo enim Stoico Dialeticam didicerat. Terent. in Adelph. sc. 2. a. 1. Pater esse disco ab aliis, qui vere sciunt.

Hic & colla jugo didicit summittere taurus.

Tibul. lib. 4. Nequiter ferire malam male discit manus. Plaut. Amphit. Faciam ut verum discas dicere. Ibid. sc. 1. a. 1. Cur negas? Quia vera didici dicere. Alc. Haud æquè facit qui quod didicit, id dediscit. Idem Afin. sc. 2. a. 5. Ubi discimus aliquid bene evenisse, (id est, scimus, audivimus.) Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2. ¶ Hujus composita sunt Addisco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, perfectè, seu valde disco: vide suis locis.

Discentes, discipuli. Tertul. ||

¶ Dividere sententiam, ἀλιγητὸν τὸν γράμματον, forensis est loquutio, quam Asconius Pædianus interpretatur his verbis: Quum aliquis (inquit) in dicenda sententia duas, pluresve partes complectitur, si non omnes probantur, postulatur ut dividantur, id est, ut de singulis rebus seorsum referatur, ut pars altera, si ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cic. 1. Epist. 1. Itaque quum sententia Bibuli prima pronunciata esset, ut tres legati regem reducerent: secunda Hortensi, ut tu sine exercitu reduceres: tertia Vocationis, ut Pompeius reduceret, postulatum est ut Bibuli sententia divideretur, quatenus de religione dicebat. Cui rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facile ostendi potest quid sit Sententiam dividere. Bibuli enim sententia duo habebat membra, ut scilicet sine exercitu rex reduceretur, deinde ut à tribus legatis reducetur: quorum quum alterum nonnullis placuisse, alterum displaceisset, postulatum est ut sententia illa bimembbris divideretur, hoc est, in duas partes separetur, ut de utravis parte seorsum posset referri. ¶ Oscula dividere, id est, impartiri, distribuere. Horat. in Carm. Ode 36. lib. 1.

* Nulli plura tamen dividit oscula,

Quam dulci Lamia.

¶ Dividere carmina cithara, i. partiti per citharae nervos, aut auditoribus distribuere. Idem Horat.

Imbelli cithara carmina divides.

¶ Dividus, separatus. Non. ||

Divisus, us, ui: Divisio, partitio, distributio. { תְּרִיכָה machaló-keth תְּרִיכָה chalukkah, פְּלִגְמָה pelughah. אַגְּבָתָה. GALL. Partiment, distribution, division, ITAL. Divisione, separatione. GERM. Bertheylung. HISP. Repartimiento. ANGL. Deviding, parting in to partes. } Liv. 3. bell. Maced. Vectigalia publica partim negligenter dilabebantur, partim prædere, ac divisim principum quibusdam magistratibus erant. Idem lib. 5. d. 5.

Divisus (id est, duabus verbis.) Gell. cap. 22. lib. 1.

Divisio: Sectio, partitio, distributio. { תְּרִיכָה machaló-keth, תְּרִיכָה chalukkah, פְּלִגְמָה pelughah. אַגְּבָתָה. GALL. Division, department, separation. ITAL. Divisione, separatione. GERM. Theylung, Bertheylung. HISP. Repartimiento. ANGL. A deviding, or parting in pars. } Cicer. 1. de nat. Deor. Divisio trium regnorum, coeli, matis, & inferorum. Vellejus, Qui justa divisione prædiorum agros amiserant. ¶ Apud Rhetores Divisio est (ut scribit Author ad Herennium) per quam aperimus quid conveniat, quid in controversia sit, vel per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Inter divisionem & partitionem hoc interesse putatur, quod Divisio est generis in species: partitio autem totius in partes distributio. Quint. lib. 7. Sit igitur divisio rerum plurium in singulas: partitio singularium rerum in partes discretus ordo. Cic. 3. de nat. Deor. Quadrupartita (inquit) fuit divisio tua. Primum, ut velles docere deos esse: deinde quales essent: tum ab his mundum tegi: postremo consulere eos rebus humanis.

Divisor, is: Qui dividit, distributor. { קְלִין cholék, אַגְּבָתָה. GALL. Distributeur, divisor, partisseur. ITAL. Dividitore, partitore. HISP. Repartidor. ANGL. A devider, he that parteth. } Cicer. in Anton. Nucula & Lento Italiz divisores ea lege quam Senatus per vim latam judicavit. Divisores item vocabantur, qui pecuniam inter tribus viritim candidatorum nomine dividebant in creandis magistratibus, quos Plautus Curiatum magistros vocat. Consueverant enim petidores magistratum apud Romanos, pecunia, largitioneque sibi studia conciliare suffragatorum, & per centurias tribusque dividere numos. Cicer. pro Planc. Quum tibi commodum est unam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit. ¶ Divisores, operaque campesites. Suet. in August. cap. 3. ¶ Est & Divisor, qui præpostera venere pueros corruptit. Cic. Pato, Quid enim? Num honestum est verbum Divisor? at inest obsecnum, cui respondet intercapido.

Divisoria: Divisio, vel incisio. { תְּרִיכָה ghezér, אַגְּבָתָה. GALL. Coupeure, incision, separation. ITAL. Divisione, separatione, triglio. GERM. Bertheylung. HISP. Cortadura, partimiento, apartamiento. ANGL. A deviding, or cutting in partes. } Plin. lib. 12. cap. 26. Ab hac ferula differt quæ vocatur tpondilion, foliis tantum, quia sunt minoria, & platanii divisura. Idem lib. 14. cap. 3. Folio parvo & rotundo, sine divisuris, quas incisuras multis aliis locis appellat.

Dividuus, a, um, quod separabile, aut separatum est. { פְּלִגְמָה nechelák, אַגְּבָתָה, אַגְּבָתָה. GALL. Qui se peut diviser ou partir. ITAL. Separabile. GERM. Bertheylt oder das gut zutheysen ist. HISP. Cosa que se puede partir en partes. ANGL. That may be divided or parted. } Cujus contrarium est Individuum, quod dividi non potest. אַגְּבָתָה, אַגְּבָתָה. Plaut. in Rud. Dividuum talentum faciant: id est, in duas partes divisum. Cicer. de Univer. Ex eamateria quæ individua est, quæ semper unius modi, siue similis, & ex ea quæ corporibus dividua gigantur. Terent. in Adspiph. Potius quam venias in pericu-

lum Sannio, servisne, an perdas, totum dividuum face. Comum. in Proœm. lib. 11. Nihil conspiciebatur in domo dividuum. Ovid. 1. Faſt.

Insula dividua quam premitt amnis aqua:
id est, quam ambit fluvius ab utraque parte. ¶ Apud Nonium est dividus, pro dividuis. Accius in Andromeda, Nolque ut seorsum dividos letho offeras.

Dividuè, adverb. { בְּתוֹךְ battāveth. הַמְּרוּעָה. GALL. Par moitié. ITAL. Per la metà. GERM. In mitten entzwey. HISP. Por la mitad ó medio. } Plaut. in Cas. Nam quod tibi æge est, idem mihi est dividuè. Dividuitas, pro divisione. Caius in l. si is qui, ff. ad leg. Falcid. Hæc itaque legata, quæ dividuitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

Dividuā, æ: Tedium, & molestia: sic enim Nonius interpretatur. { בְּתוֹךְ hetseb. אַדְמָה. GALL. Ennuy, chagrin. ITAL. Tedio, noia. GERM. Verdrus. HISP. Enyo, enfado. ANGL. Weariness, heaviness of mynd. } Plaut. Bacch. Nam illæ res magna dividit et mihi. Accius in judicio armorum, Hujus me dividia cogit plus quam pars est loqui. Festus dividiam, discordiam interpretatur, cujus tamen significationis nullum profert testimonium. Nos igitur beneficio. Julii Scaligeri testimonium ex Accio proferemus: Vicissitatémque imperitanti tradidit, ne eorum dividia discordes dissipent, distractant tantas & tam optimas civium divitias.

Dividiculā, teste Festo, dicuntur castella ex quibus à rivo communī aquam quisque in suum fundum ducit.

Divinè, Divinopotens, Divinitus, Divinus, Divino: vide Dius.

¶ Divio, Dijon, urbs primaria Ducatus Burgundia, & Parlamenti à Ludovico XII. Galliæ Rege instituti sedes.

Diviodunum Mediomaticum, Metz. V. E. sub A. Treverensi, olim regni Lotharingiæ caput, nunc Parlamenti in tractu Mosellæ sub Francis sedes.

Dium munitissima regni Cambiæ urbs, à Lusitanis jam olim occupata. ||

Divis, adjективum. { שׁוֹר kadósch. GALL. Divin, generous. ITAL. Divino, generoso. GERM. Göttlich, hochgeboren. HISP. Cosa divina, generoso. ANGL. Divine. } Dicitur generosus, divinus, tanquam dñs & dñs, id est, ab Iove genus ducens. Virg. lib. 1.

— quis ipsa decus sibi dia Camilla

Delegit.

Pers. Satyr. 1.

Romulida saturi, quid dia poëmata narrent.

Dium, substantivum formatum à genitivo Græco δῖος, à nominativo ζεῦ. { ANGL. The day light vender the firmament. } Unde sub dio aliquid fieri dicimus, hoc est, sub Iove, sive cælo, quod non sit sub teeto. Horat. lib. 3. Carm.

Nec te, candide Bassareu, sub dium rapiam.

Idem,

— vitamque sub dio;

Et trepidis agat in rebus.

Cicer. lib. 3. Verr. In sylva denique posita sub dio vidimus. ¶ Dium in antiquo Lexico, αὐτόμ. Vide Divovis.

Divis, a, um: Divinus. { קְדֻשָּׁה kadósch. קָדוֹשׁ. GALL. Divin, saint. ITAL. Divo, divino, santo. GERM. Göttlich. HISP. Dios hecho de hombre, & canonizado. ANGL. Divine, holly. } δῖος & δῖος, hoc est, à Iove genitum, vel quia veteres in singulari dium olim dicebant, quem nos Deum. Unde nunc quoque in plurali dicimus pro diis & diis: unde illud frequens Ciceroni, Si diis placet: quod indignitatem denotat. Ovid. 13. Metam.

Denegat hoc genitor, divisque irascitur ipsis.

Item, O magni divi! Idem Eleg. 3. lib. 3. Trist. Utinam me divi adaxint ad suspendum. Plaut. Aul. sc. 1. a. 1. Quasi nesciam vos sciare qui divisor siem. (Verba sunt Mercurii in prologo Amphitruonis Plauti, &c.) Servius inter deos & divos ita distinguit, ut dii dicantur æterni, divi autem qui ex hominibus sunt. Unde etiam hac appellatione quidam Romanorum Imperatores post mortem decorati sunt, à quibus in vita insignia profecta essent in Rempublicam merita: quanquam postea crescente in dies adulatio, plerique ne vivi quidem id honoris aspernati sunt. ¶ Horum etiam uxores divæ appellatae sunt, tanquam suis, vel virorum meritis dearum numero ascriptæ. ¶ Divum, pro aere. Horatius Carm. lib. 2. Od. 3.

— sub divo morieris

Vixima nil miserantis Orci: id est, sub aere.

Plin. lib. 14. cap. 21. Campaniæ vina nobilissima exposita sub divo in cadis verberari sole, luna, imbre, ac ventis aptissimum videtur. Sunt qui ut robique legant sub dio.

Divalls, e, adjективum. Ut, divale nomen. Spartanus in Caracalla, Qui Faustina templum, & divale nomen eripuit. ¶ Divalis, vox Imperatorum est, & sanctis Patribus usurpata. Etenim Divus apud Sanctos nihil aliud sonat, quam ipsum Imperatorem consecratum ex ritu Rom. Ecclesiæ.

Divinūs, a, um, quod est Dei, vel quod ad Deum pertinet. { קְדֻשָּׁה kadósch. קָדוֹשׁ. GALL. Divin, de Dieu, appartenant à Dieu. ITAL. Cosa di Dio, & à Dio pertinente. GERM. Göttlich, heilig. HISP. Cosa de Dios, & perteneciente à Dios. ANGL. Belonging to god, divin. }

ut, Opus divinum, Res divina. Plaut. Cœr. sc. 2. a. 4. Nunc rei divinæ operam dabo: certuni est benè me curare. (Supple, supplicabo.)

Idem Afin. sc. 2. a. 5. Neque divini, neque mihi humani quicquam accreducas. Idem Amphitr. sc. 3. a. 3. Re divina facta mecum prandeat. Purgari jusseras vasa ut rem divinam faceres. Idem sc. 3. a. 4.

Lavabo ut rem divinam faciam. Idem Aulul. sc. 2. a. 4. Ad rem divinam vasis sacræ utitur. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Postquam rem divinam feci. Idem Cœr. sc. 4. a. 4. Rem potius divinam deleram si sacrificem.

Idem Pseud. sc. 3. a. 1. An tu condimentis divinis utere? Ibidem sc. 2. a. 3. ¶ Divina manu, adnotat Cujacius dictum esse de rescriptis Imperialibus, quæ propria manu Imperatoria ob-signabantur.

Divinæ rei operam dare, & Rem divinam facere, est diis sacrificare.

Cic. 6. Verr. Res illum divinas apud eos Deos in suo sacrificio propri quotidie

quotidie facere vidisti. Divina verba, pro piacularibus quibusdam verbis, quibus prodigia solent procurari. Cato de re rustic. Si de cœlo villa tacta siet, de ea re verba divina ut siant, procurer. Cicero. i. de Divin. Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furent, & melancholici dicerentur, censebat aliquid in animis praesagiens atque divinum habere. Ibid. Quid hoc somnio dici divinus potest? ¶ Divinum interdum vocamus Eximum, & humana sorte quodammodo majorem. Cicero. post red. ab exilio, Cn. Pisonis divina quædam, & inaudita virtus. Idem Quint. frat. lib. 2. Idibus Maiis, Senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Virg. Eleg. 3.

Divini opus Alcimedontis.

Divinus, substantivum, qui divinat, prædictit, vates. § θεός κοσμός. μάγος, γεωγέτης. GALL. Devin, qui predit, préfieur. ITAL. Indovino, che predice le cose occulte, Divino. GERM. Ein warzager. HISP. El que adivina. ANGL. That gesseth, a soothsayer or teller of things, to come. } Plaut. Amphit. sc. 2. a. 2. Nunc tu divine fac hoc adfis Sosia (de Mercurio.) } Martial.

Non sum divinus, sed scio quid facias.

Cicer. de Fato. Hoc loco Chrysippus aestuans, falli sperat Chaldaeos & ceterosque divinos. ¶ Avis divina imbrium: id est, divinatrix & prænuntia. Horat. lib. 3. Carm. Od. 27.

Antequam stantes repeat paludes

Imbrum divina avis imminentum.

Cornicem intelligit, imminentium imbrium præsciam, vel Virgilio teste,

Tum cornix plena pluviam vocat improba voce.

¶ Divini gerebant laurum & lucernam. Senec. cap. 27. de vita beat.

Divinipotens, qui in divinis potestate habet, ἴαγος. Apulcius, Saga & divinipotens cœlum deponere.

Divino, as: Vaticinor, auguror, conjicio, futura significo, præsagio.

§ θεός κασάμ, ψηνηκήσεις. μάγος σούχη. GALL. Deviner, predire les choses à venir. ITAL. Indovinare. GERM. Warsagen/rathen. HISP.

Adevinar. ANGL. To conjecture, to soothsay, to tell things to come. }

Dictum videtur à nomine *divinus*, quia divinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse videtur futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Ter. in Hecyr. Planè hic divinat. Cicer. de senect. Cujus sermone ita tum cupidè fruebar, quasi jam divinarem id quod evenit, illo extinto fore unde discerem, neminem. Ovid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.

Hac divinavi, notitiāmque tuli.

Idem ibid. Eleg. 8. lib. 4.

Sic animo quondam non divinante futura

Optabam, &c.

Quis in tam obscura veritate divinat, utrum, &c. Senec. cap. 10. al. 29. de consol. ad Polyb. ¶ ¶ Divinare, Deum facere. Deltrius. ¶ Hujus composita, Addivino, Prædivino, quod Plin. posuit pro præsentio, quum ait lib. 10. Tum universa provolant, si dies mitis fatus est: prædivinant enim ventos, imbrésque, & tunc se continent testis.

Divinatus, participium passivum. { ANGL. Gessed, deemed. } Ovid. de Nuce,

Vt divinatas auferat auguropes.

Divinatio: Augurium, vaticinatio, prædictio, præsensio, rerum futurorum scientia. { θεός κέση, ψηνηκήσεις. μάγος σούχη. GALL. Devinement, prediction des choses à advenir. ITAL. Indovinamento. GERM. Ein weissagung / mutmassung / fürschung künftiger ding. HISP. Adevinacion. ANGL. Soothsaying, telling of things to come. } Cic. i. de Divinat. Versari quandam inter homines divinationem, quam Græci μάγος appellant, id est, præsensionem, & scientiam rerum futurorum. Chrysippus divinationem definit esse vim cognoscendem, & videntem, & explicantem signa, quæ à diis hominibus portenduntur. Officium autem esse ejus, præcognoscere dii erga homines mente qua sint, quidque significant, quemadmodumque procurrentur atque expientur. Hac Cicer. de Divinat. lib. 2. ¶ Dicitur etiam divinatio, judicium, sive cognitio de constitutione accusatoris, quum scilicet ex duobus, plurib[us]ve accusationem ambientibus, diligendus est, qui maximè sit idoneus: Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cælium quendam, uter in accusando deberet præfetti. Unde etiam prima illa inter Verrinas oratio, *Divinatio* appellatur. Ratio nominis hæc est, quia in aliis judiciis judex ea quæ testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet. Quin autem accusator est diligendus, ex levibus quibusdam & exilibus indicis & conjecturis judicare debet, & penè divinare quis ad accusandum maximè sit idoneus. Vide Fabium cap. 12. lib. 4.

Divinitas, atis: Numen, majestas divina. { Humanitas. } GALL. Divinité. ITAL. Divinità. GERM. Gottheit. HISP. Divinidad. ANGL. Divinitie, godhead. } Plin. lib. 19. cap. 12. Opus ingens, oculumque divinitatis, & quo nullum reperiri possit majus. ¶ Item, Divinitas dicitur consecratio, sive relatio inter Deos, quæ à Græcis δημιουρον vocatur. Suet. in Aug. cap. 97. Mors ejus divinitasque post mortem evidentissimis ostentis præcognita est.

Divinè, adverbium: Ad deorum similitudinem, deorum more, & supra humanas vires, quasi divini numinis instinctu. { Γενεύς, δελφίς. GALL. Divinement. ITAL. & HISp. Divinamente. GERM. Götlich. ANGL. Godly, by inspiration. } Cic. Att. lib. 4. Praæclaras igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Republic. aut meruisse optimè, quum poruerim, aut certè nunquam nisi de ea divinè cogitasse. Quint. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore divinè, ut omnia, exequitor.

Divinitus, adverbium, à Deo, sive à divis. { θεός μεαθονάι. } GALL. De Dieu, venant de Dieu, divinement. ITAL. Da Dio, divinamente. GERM. Von oben herab. HISp. Divinamente. ANGL. Fromme God, by goddes wil. } sicut humanitus, ab hominibus, cælitus, à cœlo. Virg. 1. Georg.

*Haud equidem credo, quin sit divinitus illis
Ingenium.*

Cic. 2. de Orat. Quæ divinitus accidunt. Ibid. Divinitus ad nos

delatum. ¶ Interdum idem est quod divinè, hoc est, deorum, vel divorum more, insigniter, & quasi humanis viribus excellentius. { πατέρας. } Cic. 2. de Orat. Ille locus inductus est à me divinitus. Idem Att. lib. 1. Varro mihi satisfacit: Pompeius loquitur divinitus.

Divortium: Ditemptio matrimonii inter virum & uxorem. { διαπομπή. } GALL. Divorce, separation de mariage. ITAL. Rifiuto, GERM. Die verschupfung eines eheweibes/ein ehescheydung. HISp. El desecho, divorcio. ANGL. A divorce, a putting away of ones wife. } A diversitate mentium dictum est, vel ut ait Paulus lib. 50. Pandectarum, Divortium dictum est, quia in diversas partes eunt qui discedunt, hoc est, qui distrahant matrimonium. Interest autem inter divortium & repudium, quod divortium sit inter conjuges, repudium inter sponsos. Cæterum, Divortium, deflexum esse de via, Nonius scribit, à divertendo, &c. Divortii formula. Valeas: tibi habeas res tuas, redde de meas. Plaut. Amph.

Dūtnus, Diurno: vide Dies.

Dūtius, Diutile, vel potius diutile. Diutinus, Diutissimè, Diututius. Vide Dies.

Divulgō, as, est Vulgo notum facere, vel rem aliquam in vulgo spargere. { γινώσκειν hodiā. } Διαρρέει, Διαδίδει, Διαδημάτω. GALL. Divulguer, publier quelque chose. ITAL. Divolare, publicare. GERM. Gemein machen / vnder das gemeine volck aufzibringen. HISp. Divulgar, o publicar. ANGL. To publish, to make known abroad. } Cicer. Balbo, Quare visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, Dimulgandum. Idem 2. Philipp. Quād multa seria, nec tamen ullo modo divulganda.

Divulgātus, nomen ex participio. { ANGL. Made common, published. } Cicer. Furnio lib. 10. Te adipiscendi magistratus levissimi, & divulgatissimi, si ita adipiscare ut plerique, præpropera fellinatio abducet à laudibus.

Divus, Imperator qui post mortem Dei nomen accepit. In nummis veteribus, *Diva Faustina*. Suetonius lib. de illustribus Grammaticis, ex Aurelio Oppilio, divas musas dixit. Apud Arnobium lib. 5. advers. Gent. Ocrismam Divos inseruisse genitali. Lates sunt qui interpretentur. Demum id scitum est ex Servio, & aliis in Virgilium.

Divūs: vide Dites.

Dixo, is: vide Dico.

Dizeres: vide ζητεῖν, in Steph.

Dizerus, διζηνεῖ. Urbs Illyriæ, dicta nimirum δῶνες & δίζηνες τίλω μέδεα, quod illuc quæsita sit Medea. Steph.

D O

Do, das, dedi, datum, dare, à δῶν, hinc dos, donos, donum. { γινεθάνει. } διδούσι. GALL. Donner. ITAL. Dare. GERM. Gaben. HISp. Dar. ANGL. To give. } cuius composita si sint ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertia conjugationis, & præteritum geminant: ut Reddo, is, reddidi. Perdo, is, perdidii. Cætera simplicis servant declinationem, ut Circundo, as, circundedi, datum: Pessundo, as, pessundedi, datum. ¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos dativos exigit, pro Adscribere, seu imputare: quamvis alter corum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligitur. Cic. lib. 2. Offic. Nec Marco quidem Seio vitio datum, quod in caritate annonæ asse modium dedit populo. Terent. unum tantum expedit: Nunc quam rem vitio dent, quæso, animadvertisse. Subintelligitur, poëta. Plaut. in Amphit. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data est, Alcumena tibi condono. ¶ Aliquando ultra dativum ponitur accusativus cum præpositione Ad. Cicero. Cornif. Litteras ad te nunquam habui cui dare, quin dederim. Idem ad Quint. fratrem, Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni fetas & caudam, & aures ad morus animalium declarandos dedit. ¶ Aliquando præter dativum ponitur accusativus cum præpositione In. Terent. in Phorm. Dic quid velis dati tibi in manum, ut herus his desistat litibus. ¶ Nonnunquam loco dativi ponitur accusativus cum præpositione Ad. Cic. 2. Philip. Ad sepulturam corpus vitri ci negat à me datum. ¶ Interdum accusativus cum præpositione In. Plaut. in Capt. Hoc si faxis, dabo in caveam. Cic. Terent. In viam quod te des hoc tempore, nihil est, id est, non est causa quare te viæ committas. ¶ Date civitatem alicui. Idem 3. de finib. Itaque mihi videris Latinè docere Philosophiam, & ei quasi civitatem dare, id est, civem facere. ¶ Date cuiquam pecuniam à trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare. δῶνεις παρεῖται & τραπεζίτης. Plaut. in Capt. Sequere me hac, viaticum ut déni à trapezita tibi. Qui dant, quique accipiunt fœnre. Idem Cur. sc. 1. a. 4. Da ab Delphio citio cantharum circum. Idem Moſtel. sc. 4. a. 1. ¶ Date mancipio, id est, vendere. Vide Mancupium. Dare statuam faciundam, id est, locare. Idem Cure. sc. 1. a. 4. Item, Da aures facundas. Idem Men. sc. 3. a. 3. Istuc aliis date condidici (id est, adulari.) Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Dedit librum ejus nomini (id est, dicavit.) Gell. cap. 18. lib. 2. ¶ Do tibi hanc animam & Reip. (id est, devovo.) Idem cap. 7. lib. 3. Dedi (pecuniam) dum fuit. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. ¶ Date 30. minas, quas apud te deposui (id est, reddere.) ¶ Date sententiam, pro dicere. Liv. lib. 8. ab Vrb. Dabatur miles infrequens (id est, dicebatur.) Gell. cap. 4. lib. 16. ¶ Incoctum non expromit: bene coctum dabit (id est, reddet.) Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Item Dare, pro legare. Iustè ab justis justus orator datus (id est, legatus,) ut do, lego. ¶ Date defensum. Virg. 12. Æneid. Dabo hanc maestatum vietiam Manibus. Liv. lib. 4. ab urb. & 2. bell. Pun. Dare emptum, vide Emptus. Date nuptum, vide Nubo. Dato me excruciatum. Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Dare utendum, vide Vtor. ¶ Date advocationem, vide Advocatione. Date inferias Manibus. Dare impressionem. Liv. 4. ab Vrbe, Dare impetum. Idem. Date iectus. Idem lib. 5. d. 4. Dare letho, vide Lethum. Dare exitio, vide Exitium. ¶ Dare summam rerum in aleam, Idem 2. d. 5. Dare se convivio frequenti. Sueton. in Cas. cap. 30. Datus est fermo per urbem. Idem 2. ab Vrb. Dare aliquid delectionis. Quintil. Dabimus in omnem memoriam. Senec. cap. 14. de Tranquill. Date ignibus scripta. Ovid. eleg. ult. lib. 4. Trist.

Multa quidem scripti : sed qua vitiosa putavi,
Emendaturis ignibus ipse dedi.

Dati ad supplicium. Suet. in Calig. cap. 11. Date supplicium, vide Supplicium. ¶ Dare absentibus secundum praesentes (id est , judicare.) Sueton. in Claud. cap. 15. Datum memoriae (id est , mandatum.) Gell. cap. 1. lib. 7. Hec data sunt in nomen Democriti. Idem cap. 12. lib. 10. Quis te mihi das hilarem ? Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Rogame. Dabis ? Dabo. (Stipulationis periphrasis.) Item, Date iurandum, vide Iurandum. Date nomen, vide Nomen. Date dono, vide Donum. Do Jovem testem tibi. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Convivis cœnam conditam dabo. Ibid. sc. 2. a. 3. Te ad carnificem dabo. Idem Capt. sc. ult. a. 3. Te ad pistores dabo. Idem Asin. sc. 4. a. 3. Priusquam animum meum illi dedi (amicae.) Ibid. sc. 2. a. 1. Nisi nos mavult crucibus contubernales dari. Idem Milit. sc. 2. a. 2. His legibus, si quam dare vult uxorem ducam. Idem Aul. sc. 3. a. 2. In tuborem te totum dabo. Idem Capt. sc. 2. a. 5. Dare insidias alicui, vide Insidia. Dare pensum, vide Pensum. Dare suavium, vide Suavum. Dare operam concioni. Idem Men. sc. 1. a. 3. Da pluere ab summo. Paulus antè, Jube dare vinum. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Mortuum me mavelim, quām non illi dem insidias seni. Idem Aul. sc. 3. a. 4. Si non est quod dem, visne dem me ipse in pedes. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Estimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem. Ibid. sc. 2. a. 2. Impransus miles astat : as censem dari (id est datum iri.) Idem Aul. sc. 5. a. 3.

— dedi qui perdere posset

Hectora.

Ovid. 13. Metam. ¶ Quandoque plures habet accusativos, à diversis pendentes præpositionibus. Colum. lib. 9. Ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque cellam datur. Sæpius tamen post accusativum regit dativum, & hoc variis artibus applicari solet. Plaut. in Epid. Si æquum sit me plus sapere quām vos, dederim vobis consilium cautum quod laudetis. Idem in Cure. Nunc rei divinæ operam dabo. Idem in Merc. Me toxicō morti dabo. Idem Capt. Do tibi operam, si quid est quod me velis. Gellius, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoria datum est, &c. ¶ Item pro Offerre, obficere, magis. Terent. in Heeyr. Profectò hoc si est, ut puto, omnibus nobis ut res dant se, ita magni atque humiles sumus. ¶ Item Inferre, inducere. Virg. 12. Æneid.

— Magnam dabit ille ruinam

Arboribus.

Item Dicere, φάγετε. Terent. in Heaut. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item Obtemperare, εἰωνίζεσθαι, γίγνεσθαι. Terent. in Adelph. Da te mihi, id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt, οὐαγέσθαι. Martialis,

Casta igitur nulla est ? casta sunt mille. Quid ergo ?

Casta fuit, non dat ; non tamen illa negat.

Idem,

Non solet accipere, quid solet ergo ? dare.

Date se, dicit Ennius, vide Datatim. Item, Dare corpus in vulgus. Gell. cap. 7. lib. 6. Sed Acca Laurentia corpus in vulgus dabat. Dare etiam dicuntur viri, qui se stupro mutuo contaminant. Cic. apud Suet. in Cas. cap. 49. loquens de Nicomedie rege & Cæsare : Notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. ¶ Item Facere. Terent. in Adelph. O Æschine, pol haud paternum istuc dediti ! ¶ Item Citare, ut apud eundem in Eunuch. Ladum jocumque dices fuisse illum alterum, prout hujus rabies quæ dabit, ἡ τέττη μαίνεται. ¶ Dare manus, est se victimum fateri, τοκετας καρικας. ¶ Dare poenas, & sustinere, δικτυοντας. Laclant. lib. 8. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quædammodum peccatas impii sunt daturi. ¶ Dare veniam, interdum est ignoroscere, interdum concedere quod petitur. συνθήσθαι δινικεῖν. Terentius, Da veniam queso filio tuo. Cicer. de Orat. Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adjuvare, inservire, εργοντας. Terentius in Phorm. Nos operam dabamus Phædræ. ¶ Sæpe etiam Invigilare, ut quum dicimus, Litteris operam dare. ¶ Date potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere, δικαιοντας. Plin. Ut qui suatum omnium rerum potestatem avunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere potestem. ¶ Dare fidem, est aliquid sancte promittere, πίστη διδόται, ιμιλιαγια. Cic. de Amic. & Terent. Eunuch. ¶ Dare actionem, vel judicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cic. 4. Ver. Si quis eum pulsasset, edixit se judicium injuriatum non daturum : quicquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum : ipsi autem nullius rei actionem se daturum. ¶ Date, pro Indere, immittere, imponere. Cels. lib. 7. cap. 26. Digitæ ad ultimam vesicam dantur. Ibid. manibus ad suos poplites datis. ¶ Date linteamentum in plagam, est festucas linteæ in vulnus inserere, cum oleo, aliisve medicamentis liquidis, que Graci ιαγουλα appellant. Celsus lib. 7. cap. 9. Ulteriores verò, lunatæque in plagas linteamentum dandum est, ut caro increscens vulnus implete. ¶ Date ludum. Plaut. Bacch. Sed nimis nolo desidia ei dare ludum. Hor. 3. Carm. Ode 12.

Miserarum est neque amori dare ludum.

¶ Date in manum, significat de manu in manum tradere, ιπτάμενον. Terentius in Andr. Hanc mihi in manum dat. ¶ Date se in disciplinam, est se alicui instituendū permittere. Gell. lib. 5. c. 10. Is in disciplinam Protagoræ se dedit. ¶ Date verba alicui, est decipere. Plaut. Aul. Nimis ego hanc metuo male, ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. ¶ Datum est, id est, fato decretoque concessum est. Andr. Terent. Eunuch. Est istuc datum profectò, ut grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virg. 7. Æneid.

Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.

Date bibere, quod aliqui impropter Propinare dicunt : quum propinare, propriæ præbibere sit, vel prægustare. Terent. Andr. Post deinde quod justi, ei date bibere. Ubi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis quām ratione dixit, pro date ei potionem. Lucilius in Sexto, Date bibere summo. Nam duo verba activa nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine, ut si dicas, Dic facere. Cato de re rustic. cap. 89. Bis in die farcias, & meridie bibere datos Calepini Pars I.

de gallinaceis & ansetibus farciendis dixit. Livius initio lib. 3. Date agrum dividere. Plaut. Amph. Si datur hodie illum apprehendere (id est, si possum :) ¶ Datur cernere, id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius Epist. 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & eluent, ut mediocriter quoque doctos advertant & affiant. ¶ Dunt, pro dent, vel de derint. Terent. in Andr. At tibi Dii dignum factis exitium dant. Plaut. Amph. Sive qui ipse ambisset, sive per internuntium. Sive adeo ædiles perfidiosè cui dunt, Dunt, pro dent. Idem Aul. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas pro Des. Ibidem, At nihil est dotis quod dem ? M. Ne duas. Danunt ; pro dant. Idem Cure. Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Livius lib. 10. ab Vrb. Bellona si victoriam dñs. Ast ego tibi templum vovo. ¶ Dabunt, pro dent. Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Dabunt Dii quæ velitis. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Deodo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Reddo, Subdo, Satisdo. Pessundo, Trado, Venundo, Sedo & Mando (quæ falsè inter composita hujus verbierant relata) hue non pertinent : sunt enim simplicia, quod vel ex eo solo constat, quod altera significativa primæ conjugationis, quæ in compositis verbi DO corripitur, in his duobus producatur.

Dătūs, participium. { יְתַנֵּה nathán. διδεῖς, διεγένεις. GALL. Donné. ITAL. Donato. GERM. Gegeben. HISP. Dado, donado. ANGL. Given. } ut, Reddere data. Ovid. de arte amandi.

Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.

Plaut. in Prolog. Amphitr. Mihi concessum & datum est ab Diis aliis, nunciis ut præsim & lucro. Gell. cap. 10. lib. 3. Datum semet in uterum (id est, emissum.) Ibid. cap. 12. Hæc data sunt in nomen Democriti. Senec. cap. 15. de consol. ad Helv. Concessum mulieribus, imò datum jus in lacrymas. Gell. cap. 1. lib. 7. Datum memorie, mandatum. Quintilian. Datus tandem rebus humanis (perfectus Orator.) Quo dato errasset (sup. in lusu scruporum.) Idem & Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Non est usui amator, nisi qui perpetuat data (id est, munera.) Idem Asin. sc. 1. a. 1. Non suppetunt dictis data. Ibid. sc. 3. a. 1. Hac lege dum superes datis. Ibid. sc. 2. a. 3. An verba blanda esse rere, dicta docta? Idem Men. sc. 2. a. 4. Datum denegant quod datum (i. solutum & creditum.) Vide Datum, infra.

Dătūs, us, ui. { יְתַנֵּה mattanah. διδεῖ, διεγένει. GALL. Donation, don. ITAL. Donatione. GERM. Gebung. HISP. Don, dadiva, donation. ANGL. A giving. } Plaut. Trin. Nimiris pergraphicus sycophanta : Is mille nummum se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Datum, i, substantivum : Expensum ¶ Acceptum. { יְתַנֵּה nathán. διδεῖ, διεγένει, δον. GALL. Chose donnée ou baillée. ITAL. Cosa donata. GERM. Ein gab/das einem gegeben ist. HISP. Don, dadiva. ANGL. A gift or a thing given. } Cic. de Amic. Hoc quidem est nimis exiguae & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Vide Datum.

Dătūri, verustè apud Jureconsultos reperitur pro Datum iri. Ulpian. de verb. oblig. Si quis stipulatus à Maevio fuerit, fundum Titio daturi. Hotomanus.

Dato, as, are, frequentativum. Plaut. Mostell. Tu solus credo fœnore argentum datas. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Argentum accepto, expenso, cui debet, dato.

Dătōr, is. { יְתַנֵּה nothén. δώτης, vel δωτή. GALL. Donneur. ITAL. Donatore. GERM. Ein geben. HISP. Donador. ANGL. A giver. } Plaut. Trucul. Semper datores novos. Virg. 1. Æneid.

Adst latitie Bacchus dator, & bona iuno.

Plaut. Cure. sc. 3. a. 2. Et datores & factores subdatam sub solum (de lusu pilæ.)

Dătō, nis. { יְתַנֵּה mattanah. δόνης, δόνηγε. GALL. Dation. ITAL. Donamento, datione. GERM. Ein gab. HISP. Dacion. ANGL. A giving. } Cic. pro leg. Agr. Cujus judicium, legumque datio, catorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. ¶ Datio Indultum significat in Flodato. Varro lib. 3. cap. 9. Si in faciendo nimio cibo fastidunt, remittendum in datione.

Dătārius, a, um: Gratuitū, aut quod gratis datur. { οὐαγέσθαι. } Plaut. Pseud. Ehotanon prius salutas. Nulla est salus mihi dataria.

Dătātiō, adverbium. { αναλαθότως. GALL. En s'entre donnant & bâllant l'un à l'autre. ITAL. Dando à vitenda. GERM. Mit gebung. HISP. Dando à veces. ANGL. By giving one to another. } Ludere datatim, hoc est, invicem dando : quemadmodum qui pilæ lusitant, quæ vicissim mittuntur, & remittuntur. Et datores sunt qui pilæ dant : factores vero, qui ferunt & in factiones divisi sunt, quas partes vocamus. Plaut. in Cure. Tum isti, qui ludunt datatim servi scurram in via : & datores & factores omnes subdatam sub solum. Inde illa translatio Ennius de muliere quæ sui copiam faciebat, cum etiam mulieres impudicæ date (ut Graecæ γαρέσθαι) dicerentur, ut ex Martiale satis notum. Ergo Ennius, Quasi in choropila ludens datatim dat se, & communem facit. Alium tenet, alii nutat, alibi manus est occupata. Genera autem ludendi erant datatim, raptim, & expulsim. Nonius Exodio, In molis non ludunt raptim pilæ, datatim mors. Lepidè indicat seruos solere inter molendum de polenta rapere, & invicem alium alii dare. Raptim autem ludi in harpago sollet. Varro, Putgatum scito, quia videbis Romæ in foro ante Ianicas pueros pilæ expulsim ludere.

¶ Do, pro domus, per apocopen, dixit Enn. ut Pa, pro patre, doricē Turneb.

Doāna, tam tertæ, quām matris. Doħana. C. II. antiqu.

Doarium, ususfructus certæ portionis mariti bonorum uxori concessus.

Baldwin. Lex. jur. civ. ||

Doberus, δόμησθαι. Urbs Pæonia. Steph.

Dōcēo, es, ui, ētum, à δόκει. Unde δόκει sapientum. Instituo, præcepta do. Vel à diceo, es. Varro lib. 5. de ling. Latina. { יְתַנֵּה limmādh, הַלְאָה alléph, תְּרִירָה horáh, מְדֻבָּר, διδύνει. GALL. Enseigner. ITAL. Insegnare. GERM. Lehren, viderreis. HISP. Enseñar. ANGL. To teach. } Construitur autem cum duobus accusativis : ut, Doceo te

litteras. Hoc ipsius magister me docuit (sup. verberibus.) Plaut. Aul. sc. 1. a. 3.

Id mea me multis docuit Regina querelis.

Catull. de com. Beren. Cur me docuere patentes. Aliquando cum uno tantum, licet aliter possit intelligi. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Quodque parum novit nemo docere potest.

Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1. Expoliunt liberos, docent litteras. Idem Milit. sc. 4. a. 2. Ne doceto malas, ut sint malæ. Gell. cap. 21. lib. 17. Docere fabulas. Pretium autem quod à discipulo exsoluitur doctori, ponitur in ablativo. Excipiuntur hi quatuor genitivi, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum iplorum compositis. Cicer. 2. Philip. Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam, nihil sapere docuit. Juvenalis,

Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti.

Aliquando cum ablativo. Cicer. Pato. Socratem fidibus docuit. Ubi nonnulli volunt intelligi verbum Canere, vel aliquod simile. ¶ Interdum idem est, quod Ostendere, vel declarare. Virg. 5. Æneid.

— docuit pōst exitus ingens.

Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. Novi, ne doceas, id est, probes. Ibid. sc. 2. a. 3. Ne doce, novi. ¶ Interdum idem, quod Monere, sive certiorum reddere, magistrum. Salust. in Iugurtha. Tametsi legatos miserat qui Senatum de cæde fratri, déque fortunis suis docerent. Cicer. Ap. pio Pul. Ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut ubi te visurus essem. ¶ Hujus composita sunt Addoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, cōdāmna. Salust. in Cat. Cicero per Legatos cuncta edocet. Plaut. in Stich. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, prius doceo, cōdāmna. Salust. in Iugurtha. Cæterum illi qui Centuriis præerant, prædicti à duce arma ornatūmque mutaverunt. Subdoceo, loco alicuius doceo, cōdāmna. Cicer. ad Attic. lib. 8. Ciceronésque nostros potius meo labore subdoceri, quām me alium magistrum quærere.

¶ Doctit, frequenter docet. Gloss. Isid. ¶

Dōctus, a. um: Scientia imbutus, litteratus, doctrina exultus, eruditus, intelligens. ¶ מְלֻמָּדֵה limmudh, לִימּוּדַה limmudh, בְּנֹבָן nabón. סְרִבְעָנָה śribānah, טְרִיבָה trībah. GALL. Enseigné, bien appris, docte, savant. ITAL. Dotto. GERM. Selert. HISp. Docto y enseñado. ANGL. Theached, learned, cunning. ¶ Cic. lib. 2. Offic. Nec me angoribus dedidi, quibus essim confectus, nisi his testitissem: nec tursus indignis docto nomine voluptaribus. Idem in Orat. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. de claris Grammat. Fuisse dicitur ingenii magni, memorie singulatis, nec minus Græcē quām Latinē doctus. Artes doctæ. Ovid. 9. Metamorph. Dicta docta. Lucret. lib. 2.

— & doctis rationem reddere dictis.

Docti dol. Plaut. Mil. Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos objiciemus. Facies docta. Ovid. 2. Amor.

O facies oculos docta tenere meos.

Catull. ad Ortal. — Cura.

Sevocat à doctis Ortale virginibus.

Tibull. lib. 4.

Seu me finget equum rigidos percurrere campos

Doctum.

Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Id videndum. Id viri docti est opus. Ibidem, Eam catam, doctam & bene educatam fecere stulti. Idem Pseud. sc. 8. a. 4. Nimis est doctus, versutus, malus. Idem Asin. sc. 1. a. 3. Dicta docta pro datis. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Nimis doctum! Ibid. sc. 4. a. 2. Cedò, vel doctas docebo. Idem Most. sc. 3. a. 1. Nihil hac docta doctus. ¶ Doctus sagittarum, pro sagittandi. Sextus Aurel. Victor in Domitiano, Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transvolarent. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantum tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, δόκτης τε τελέστης, id est, experientia. Itaque minus est doctus, quām peritus. Cicer. in Salust. Satis docte atque peritè fecisti. Idem lib. 3. Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facile desciscunt à sententia. Majorem tamen vim habet doctus, quām eruditus. Idem lib. 1. Offic. Nec solum vivi, ac præsentes, studiosos discendi erudiant, atque docent; sed hoc idem etiam post monumentis litterarum assequuntur. Nec mirum est quod minus sit eruditus, quām doctus: quoniam Rudis, & Eruditus, contraria sunt. Plinius. Sedere coepit sententia hæc, patiterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. lib. 1. A pädagogis exigit ut sint eruditæ, quo adolescentes erudire queant: aut si se non eruditæ esse sciant, ne quipiam tradant, cujus ipsi sunt ignari, quodque postea sit dedocendum. ¶ Est autem Doctus, in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc sit compositum Indoctus, ἄναδοτός: quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιγράπτος. Cicer. Cornel. Sed proximè scripti de optimo genere dicendi, in quo sèpè suspicatus sum te à judicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. Plaut. in Asin. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te removes.

Doctior & doctius. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ad delinquendum doctior esse potest.

Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Nihil hac docta Doctius.

Dōcte, adverbium: Scitè & eleganter. ¶ εἰμιστοῦμεν. GALL. Doctement, scavamment. ITAL. Dottamente. GERM. Künstlich / artlich, wertlich. HISp. Doctamente, y enseñadamente. ANGL. Cuningly, learnedly. ¶ Plaut. Capt. prolog. Expediet hanc docte fallaciam. Ibidem sc. 1. a. 2. Accuratè, docte, diligenter hoc agitur. Idem sc. 2. a. 2. Hanc tibi docte perdoctam dabo. Ibid. sc. 5. a. 2. Ut orationem docte diuit, & calidè verba dent. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Meditari doli docte. Ibidem sc. 7. a. 4. Ut docte dolum conventus est. Cicer. lib. 3. de Orator. Tum ad te ludibunda docte, & delicate detulit. Docte & peritè facere. Idem in Salustium. Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1. Ut perdocte cuncta callit. ¶ Item, Doctinsculè. Gell.

cap. 16. lib. 6. Cùm esset verbum Deprecor doctinsculè positum in Citulli carmine.

Doctissimè eruditus. Salust. Iugurtha. 151. Litteris Græcis juxta atque Latinis doctissimè eruditus.

Dōciliis: Qui facilè disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. ¶ מְלֻמָּדֵה limmudh, סְרִבְעָנָה śribānah. GALL. Qui apprend aisément, qui se laisse enseigner. ITAL. Che apprende facilmente. GERM. Selthrig. HISp. Habil para ser enseñado. ANGL. Apt to learning. ¶ Cicero. Trebatio lib. 7. Epistol. O medicum suavem, méque docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. Tusc. Dehinc ad hanc enervatam, muliebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Laetant. de Opif. Nam si te in litteris, nihil aliud quām linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuisti: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varr. lib. 1. de re rust. Calcius scribit hæc, operarios parandos esse quām laborem ferre possint, nec minores annorum viginti duorum, & ad agriculturam dociles. Cicer. 3. de Orat. Jubent enim exordiri, ita ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus. Docile autem facio, non tum quum polliceo me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. Docilis, cum genitivo. Hor. 4. Carm. Ode 6.

Reddidi carmen docilis modorum

Vatis Horati.

Sic 2. Serm. satyr. 1.

Parebit proavis docilis Romana juventus.

Dōcibiliis, e: Qui idoneus est ut doceatur. ¶ מְלֻמָּדֵה limmudh, סְרִבְעָנָה śribānah. GALL. Aisé à enseigner. ITAL. Habile a ensegnarsi ò maestrevole. GERM. Geschickt und taugentlich gelert zu werden. HISp. Cosa que presto se puede enseñar. ANGL. Apt to be taught. ¶ Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facile repertas, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem vult significare Docibile, id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Valla lib. 6. cap. 20.

Docibiliter: Diomedes lib. 1.

Dōcilitas, atis: Apprehendenda doctrinæ facilitas, discendi facilitas. ¶ מְלֻמָּדֵה. GALL. Docilité, bonté d'esprit qui est bien disposé à apprendre. ITAL. Bonta di spirito, l'esser debito ad imparare, dispositione d'ingegno ad imparare. GERM. Ein gelernige art ein ding bald zuergreissen. HISp. Habilidad para ser enseñado. ANGL. Aptness in learning. ¶ Cicer. pro Sestio, li perfecto genere humanae docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregaverunt. Idem lib. 3. de fin. Prioris generis sunt docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur.

Dōctrinæ: Eruditio, quatenus à præceptore proficiuntur. ¶ מְלֻמָּדֵה. GALL. Doctrina, instruction, enseignement. ITAL. Dottrina. GERM. Lehronderweisung. HISp. Doctrina ò enseñanza. ANGL. Doctrine, teaching. ¶ Nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poëta. Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipso & moderatos, & graves exitisse fateor: etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quām sine natura valuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo sic ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum, ab istis verborum doctrina queritur. Gell. cap. 25. lib. 13. In disciplinis doctrinarum præcellens. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1. Optimus quique expectebant eam doctrinam sibi. (Paulò antè, disciplinam.)

Dōcumentum, à præterito docui; sicut à monui, monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. ¶ מְלֻמָּדֵה. GALL. Enseignement, exemple, montre, experience. ITAL. Documento, amastramento. GERM. Lehrerweisung / ein beyspiel das uns etwas lehrt. HISp. Enseñanza. ANGL. A lesson, a proese, an experiment. ¶ Cicer. 6. Philipp. Ex quo nimis nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Salust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quod in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant. Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. Ego in aliis captivis documentum dabo. Liv. lib. 5. d. 5. Documentum eloquentiae dare. Sueton. in August. cap. 51. Documenta clementia (id est, indicia) Idem in Galba, c. 14. Quām multa documenta egrigii Principis daret.

Dōctor, verbale, qui docet: Magister, præceptor, interpres. ¶ מְלֻמָּדֵה. GALL. Docteur, maître, qui enseigne. ITAL. Dottore, maestro. GERM. Ein lehrer. HISp. Enseñador. ANGL. teacher, a master. ¶ Plin. in Paneg. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiae doctoribus habes? Tacit. lib. 24. Etiam sapientia doctoribus tempus impartebar: hoc est, Philosophis. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Arguor obsceni doctor adulterii.

Doctores acerrimi: vide Artitus.

Dōctrinæ, η διδάσκαλος, magistra. Apuleius lib. de philosophia. Illæ vero vitiorum doctrices, iracundia & libido, ratione sub jugum missa dominantur.

Dōchimüs, i. δέκας, || rectius Dochmius, δέκας, || Pedis genus in numeris oratoris: de quo Cic. in Orat. Dochimus (inquit) è quinque constat syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa: ut est hoc, Amicos tenes: item hoc, Reipublicæ. Quovis loco opus est, dom semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Docimeum, δοκίμιον, urbs Phrygiae. Stephanus. Vide Sinada, & Synnada.

Doclea, δοκλαια, civitas mediterranea Dalmatiae apud Ptolemaum lib. 2. cap. ult. Hujus incolæ dicti sunt Docleatæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 22.

Dōctus. ¶ δόκτης. GALL. Un poulre ou solive, un sommier. ITAL. Trave. GERM. Ein balet. HISp. Viga. ANGL. A beam, any great piece of timber. ¶ Latinis trabem significat: unde ignis quædam aëri impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δρυς à Græcis